4° IV.

Lib: Illmi Epi Lab: Bibliot: Oberburgensis

Questiões magi-
i Johānis versoris super li
is ethicorum Arestotelis et
tus eiusdem. cum singulari
igentia correcte.

Bibliotheca Joannis Baptistae
Seipach

K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

91

Ex 62 III. K. 6. 2 A.
7189
7190
5514-16

4° IV.

Ex lib: Illmi Epi Lib: Bibliots: Oberburgensis

Questiões magistri Johānis versoris super libros ethicorum Arestotelis et textus eiusdem. cum singulari diligentia correcte.

X Bibliotheca Joannis Baptistae à Seepach

K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH



4° IV.

Ex lib: Illmi Epi Lab: Biblioth: Oberburgensis

Questiões magistri Johãnis versoris super libros ethicorum Arestotelis et textus eiusdem. cum singulari diligentia correcte.

Ex Bibliotheca Joannis Baptistae à Seepach

K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

03002900



Jrca initiũ libri Ethi-

corũ Aristotelis Querit primo. vtrũ de moribꝫ humanis seu de virtutibꝫ moralibꝫ possit esse vna scientia practica ab alijs distincta Arguit ꝓmo q̃ de moralibꝫ non sit scientia. nam scientia est necessariorũ. vt dicit primo posteriorũ. sed mores humani non sunt necessarij. cum dependeant a volũtate humana. ergo ꝛc Secũdo sic. In omni scientia maxime proficit scire. sed ad mores humanos parum vel nihil proficit scire. vt habetur secũdo hujus. ergo ꝛc Tercio arguit q̃ nõ sit practica. quia in ipsa dantur diffinitiones per quas demonstrant passiones de moribꝫ. sed talis modus procedendi est theoricus siue speculatiuus. ergo ꝛc Quarto sic. scientia cuius finis est scire) est speculatiua. sed finis huius discipline est cognitio omniũ moralium. ergo est speculatiua In oppositũ arguit p. Aristotelẽ et p eius expositores Pro rnsiõe

Sciendum primo

Qꝫ sicut phꝰ habet in ꝓmo metaphisice. sapientis est ordinare. Cuius rõ est. qz sapientia est potissima pfectio rõnis humane. cuius q̃dem rõnis ꝓpriuz est cognoscere ordinẽ. Nã licet vires sensitiue cognoscant aliquas res absolute. nõ tñ cognoscũt ordinez vnius rei ad aliã. imo hoc solũ ptinet ad intellectũ seu rõnem

Sciendũ scõo q̃ duplex reperitur ordo. Vnus est partium alicuius totius seu alicuius multitudinis ad inuicẽ sicut partes domus ordinãtur ad inuicem sub forma domus. Alius est ordo rerũ in suũ finẽ. z iste est pfectior primo. qz vt habet scõo metaphi. ordo partiuz exercitus ad inuicem est ꝓpter ordinẽ totius exercitus ad ducem. Ordo aũt quadrupliciter ꝓparatur ad rõnem. Nam q̃daz est ordo quem rõ nõ facit in reb. sed solum ipsum ꝓsiderat sicut est ordo rerũ naturaliũ. Alius est ordo quem rõ ꝓsiderando facit in ꝓprio actu. vtputa cuz ordinat suos ꝓceptus adinuicẽ. z etiaz signa ꝓceptuũ que sunt voces significatiue. Tercius est ordo quem rõ ꝓsiderando facit in opationibꝫ voluntatis. sicut in agibilibꝫ. Quartus est quẽ rõ ꝓsiderando facit in rebꝫ exterioribꝫ quarũ ipsa est causa. sicut est in domo vel in archa. Et qz ꝓsideratio rõnis pficitur p habitum scientie sm hos diuersos ordines quos rõ ꝓsiderat sunt diuerse scientie. vtputa phia naturalis. ad quã ptinet ꝓsiderare ordinẽ rerũ naturaliũ. quem rõ humana non facit sed solum ꝓsiderat. Et sub phia naturali ꝓprehendit mathematica z metaphysica z etiã phia rõnalis. cuius est ꝓsiderare ordinẽ partium ad inuicẽ. z ordinẽ pncipioꝝ ad ꝓclusiones. Et pterea phia naturalis est que pficit rõnem in recte ordinando actiões volũtarias. Sunt etiam artes mechanice ad quas ptinet ordo quem rõ facit in rebꝫ exterioribꝫ ꝓstitutis p rõnem practicã humanã. Ex quibꝫ patz q̃ ꝓprium est moralis phie ꝓsiderare operationes humanas sm q̃ ordinate sunt ad vnũ finẽ. Sciendũ tercio. q̃ ille dicũtur opationes humane que ꝓcedũt a volũtate hominis sm ordinẽ rõnis. Nam si alique operatiões reperiantur in hoie que volũtati z rõni nõ subiacent. tales nõ dicunt humane ꝓprie loquẽdo. sed magis naturales seu inaiate sub ꝓsideratiõe moralis phie. vt patz de operatiõibus aie vegetatiue. q̃ nullo mõ cadũt sub ꝓsideratiõe moralis phie. Ex isto infert sanctus Thomas q̃ sicut subiectum phie naturalis est motus vel res mobilis. ita subiectũ moralis phie est operatio humana ordinata in finẽ seu etiã hõ. put est volũtarie agens ꝓpter finez. Albertus vero dicit q̃ bonũ hois inq̃tũ hõ est subiectũ huius scie moralis. Qõ q̃dẽ bonũ hois est duplex sm ipm. Nã qõdam est pfectũ. Aliud est dispositio pfecti ad optimum. Et adhuc bonũ pfectũ hois est duplex sm q̃ duplex est felicitas. scz actiua z ꝓtemplatiua Vñ pfectum hois bonũ est felicitas actiua. de qua agit in hoc ꝓmo libro. Et de alia pfectiõe hois (que est felicitas ꝓtemplatiua) agitur decimo huius Vñ inter istos doctores nõ est diuersitas in assignatiõe subiecti huius scie. nisi penes magis cõe z minus ꝓmune. qz scẽs Thomas assignat bonuz hois (qõ est operatio). p subiecto Albertus vero assignat bonũ vt se extendit ad operationẽ z habitum.

Conclusio. De moribꝫ seu virtutibꝫ humanis ꝓsideratis sm suas rõnes vles est scia practica ab alijs distincta. Qꝫ sit scia pz. qz habet pncipia z causas z passiones que possunt demõstrari p talia pncipia. Et qz nulla alia scientia ab ista ꝓsiderat operationes hominis seu bonuz hois. ergo est distincta ab alijs Et q̃ sit practica patz. qz omnis habitus directiuus operis est practicus. sed hec scientia est hmõi. ergo ꝛc.

Dubitatur primo

Quõ diuidit scia moralis Rñdetur q̃ diuiditur per monasticã. yconomicã z politicã. qz ois scia diuidit sm diuisionẽ sui subiecti. ideo hec scia diuiditur sm diuisiones boni hois seu operationis humane. Unde cuz homo naturaliter sit aial sociale z indigens multis ad vitã suam que ipse sibi solus preparare non posset. ꝓsequens est q̃ hõ naturaliter sit pars alicuius multitudinis vnde habeat auxiliũ in sibi necessarijs. Que q̃dez necãria sꝫ duo q̃dam sunt necãria vite. et quo ad ista ponitur domestica multitudo. Alia sunt necãria nõ absolute. sed magis decet dici quo ad vite sufficientiã. Nõ enim sufficit vt hõ viuat. sed requirit vt bene viuat. et quo ad ista auxiliat hõ a multitudine ciuili cuius ipse est pars. non solum ꝓtuz ad corporalia. sed etiã ꝓtum ad moralia. ꝓ quo ꝓsto p publicam potestatem cohercetur mali et ꝓmuitur boni Vñde prima pars phie moralis ꝓsiderat bonũ vnius hominis seu operationes vnius hois ordinatas in finem. Et vocat monastica. a monos qõ est vnum vel bonũ. z icos scientia. quasi scientia ꝓsideras de bono vnius hominis Secũda ꝓsiderat bonuz seu operatiões vnius hominis

Questiones

et multitudis domestice. Et dr yconomica ab ycos qđ est scia.et nomos quod est dom⁹ seu familia Tercia cō/ siderat bonū seu operationes multitudinis ciuilis: ꝛ vo catur politica a polis quod est pluralitas et ycos scia

Dubitaꝫ secūdo de fine huius sciēie. Rn̄detur q̄ du plex est finis fm q̄ hec scientia p̄ cōsiderari vt docēs vel vt ytens Unde si cōsideretur vt docens p̄ esse duplex finis. Quidaz est cōsiderationis. que ē cognitio moraliū Alius est finis ipsius cōsiderantis seu inquirentis hanc sciam.et vt dicit ph̄s talis finis non est consideratio seu cognitio.sed magis operatio. Nam intentio consideran tis et addiscentis hanc sciam non sistit in tali cognitione sed cognitionem finaliter ordinat ad opus Finis autez huius scientie considerate vt est ytens est vt boni efficia/ mur Dubitatur tercio de necessitate huius. Respon detur q̄ ipsa est homini necaria. Cuius rō est.qz in hoie sunt due partes.scz intellectiua et sensitiua. Pars intel/ lectiua est rōnalis per essentiam. Sensitiua vero p parti/ cipationem Uñ pars intellectiua principatur principa/ tu regali seu politico.et non dispotico. Unde principat⁹ politicus est quo aliquis dominatur alicui. qui tamē ha habet facultatem resistendi imperio precipientis sicut pa ter principatur filio.qui tamē filius p̄t resistere imperio patris. Sed principatus dispoticus est quo aliquis do/ minatur alicui qui non habet potestatem resistendi impe rio dominantis.sicut dux principatur seruo. Quia ergo potentie rōnales se habent ad opposita ideo oportet po/ nere in parte intellectiua quendam habitum quo determi netur ad vnū.scz ad bonū:et similiter in parte sensitiua. q̄ non semper obedit rationi. Et isti duo habit⁹ in istis du abus partibus hominis existentes sunt virtus intellec/ tualis et virtus moralis.de quibus considerat hec scien tia Et ita patet qualiter ad hoc q̄ homo recte se habeat in qualibet sui parte hec scientia est necessaria

Dubitatur quarto de titulo huius scientie Respon/ detur q̄ titulus talis est Incipit ethica nycomachia tra/ geica Aristote. Per hoc enī q̄ dicitur ethica tangit̄ cau sa materialis: Nam ethica dicitur ab ethos qđ est mos et ycos quod est scia.quasi scientia de moribus Et dici/ tur nycomachia.quia Aristoteles hunc librum scripsit ad Nicomachū patrem vel amicum eius. vt recitat cō/ mentator Et dicitur trageica.quia Aristoteles fuit ori undus a trageico opido. Et per h̄ q̄ dicit Aristotelis. tangitur causa efficiens huius libri Et dicitur ab ares. quod est virtus.et olum quod est totum.quasi totus vir tuosus. Et sic patet de titulo ac etiam de causis huius li bri ethicorum

Ad rationes

ante oppositū Ad primā dicitur q̄ li cet de moribus fm q̄ contingenter dependent a voluntate humana non sit scientia.tamē de ipsis fm q̄ consideran tur sub ratione cōmuni et vniuersali est scia Ad secūdaz dicitur.q̄ si hec doctrina cōsideretur vt ytens tunc verū est q̄ finis parum proficit vel nihil. Sed si considereturvt docens.tunc eam scire multum valet Ad terciam dicitur.q̄ hic non dant̄ diffinitiones virtutū ꝛ aliorū que in hac scientia considerantur absolute.sed fm q̄ ordinan tur ad opus. et ideo hec scientia est simpliciter practica

Ad quartam dicitur.q̄ finis huius doctrine nō est cognoscere absolute.sed cognoscere vel scire ordinatū ad aliq̄ opus.et ideo ista scientia non est scientia speculatiua

versoris

Omnis ars et omnis doctrina. si/ militer autem et actus ꝛ electio bo num quoddam appetere videntur Ideo bene enunciauerunt bonum quod omnia appetunt

Querit secūdo

Utrū omnia bonū appetāt.et maxime vtrum omnis ars et doctrina actus et electio appetant bonū.et sint illa quib⁹ homo ordinatur ad bonū apeten dum Arguitur primo q̄ nō:quia sunt quedaz entia que appetūt nō esse.vt patz de illis qui seipsos interfici/ unt.sed nō esse est malū ergo ꝛc. Arguit̄ secūdo.q̄daz sunt artes ꝓhibite et hoc est qz ordinantur ad malū. er/ go nō omnis ars appetit bonū Tercio arguit̄ de doc/ trina.qz sub doctrina ꝓprehendūtur scientie speculatiue sed finis scientiarū speculatiuarū non est bonū. imo ve/ rum.ergo ꝛc Quarto arguit̄ q̄ illa predicta quatuor non sint illa quib⁹ homo ordinat̄ ad bonuz appetendū. qz in homine sunt sensus irascibilis ꝛ concupiscibilis ꝛ mul/ ta alia.quoz quodlibet appetit bonū.ergo predicta qua/ tuor non sunt omnia quib⁹ ordinat̄ homo ad bonū appe tendū In oppositū arguit̄ p ph̄m in ꝓncipio huius p/ mi libri. Pro responsione.

Sciendum primo

Qđ appetitus nihil aliud est q̄ inclinatio ꝓsequens for/ mam rei vel naturā qua vnaquaq̄ res tendit ꝛ inclina tur in eius perfectionem. Eadem enī est rō boni ꝛ pfecti ideo bonū ordinem essendi importat eo modo quo possi bile est vnicuiq̄ rei. In omni aūt re citra primū primo re peritur entitas siue substantia ipsius que nō est simplici/ ter pfecta.eo q̄ effectus nō est tota silitudo sue cause.sed est quedā participatio sue cause.et ideo in omni re citra primū reperitur. Secūdo reperitur quedā naturalis in/ clinatio ad ꝓpriā operationē ꝛ pfectionē. Et tercio repe ritur actualis tendentia seu inclinatio in illā pfectionem. Primū ergo sic repertū in qualibet re creata vocaꝫ enti/ tas.secūdū dr appetitus.ꝛ tertiū dr bonū

Sciendū secūdo.q̄ triplex reperitur appetitus.vnus est naturalis.qui est sine cognitiōe ipsius particulariter appetentis.dirigitur tn̄ a quodā vñ cognoscente in suuz finē. Et ideo dr q̄ opus nature est opus intelligentie nō errantis sicut sagitta directa tendit ad signū.nō qz cog/ noscat signū.sed qz dirigit̄ ab agente cognoscēte signum. Nō est tn̄ omnino simile.qz res naturales a deo natura/ liter inclinātur ad suos fines.sagitta directa a sagittan/ te non naturaliter.sed violente mouet̄ ad signū.Secun/ dus est appetitus aialis. Et iste est duplex fm q̄ sunt q̄ dam aialia rōne carentia.et q̄dam rōnez habētia. Et ita q̄dam sunt pure aialia Alia vero p̄ter sensum includunt rōnem. Unde bruta aialia licet apprehēdant finē ꝛ cog/ noscant.nō tn̄ cognoscūt rōnem finis neq̄ ꝓportionē eo/ rum que ad finem ordinātur. Ipsa enī quodā instinctu nature ꝛ quodā naturali pulsu tendunt in suos fines. ꝛ sic magis agūtur q̄ agant.ꝛ magis ducūtur q̄ seipsa du cant,ꝓpter quod semp operantur vno et eodez mō Sed habētia rōnem possunt eligere diuersa media ad ꝓsequē/ dum finem.ideo non semp eodem modo operantur

Conclusio prima

Omnia bonū appetunt.patet q̄ omnia inclinātur ⁊ tendūt in suā ꝓpriā pfectionē.sed ꝓpria perfectio vniuscuiusq; rei est eius bonū.cum ergo tendere in aliq̄d sit ipm bonū apperere.sequit̄ q̄ oīa bonum appetunt. Item omne ens appetit assimilari ꝑmo enti inquantuz p̄t. q̄ omne ens dependet a primo.sicut a prima cā effectiua.⁊ vnūqōq; ē perfectū cū iungit̄ suo principio. sz prima cā est summe perfecta ⁊ summe bona. ergo omne ens appetit bonum.

Sciendū tercio pro scōa pte q̄stiōis.q̄ duo sunt principia humanoz actuū.scz intellectus siue rō. ⁊ appetitus. Et ista sunt principia motiua: vt dr tercio de aīa Intellect? aūt siue rō diuidit̄ in speculatiuū ⁊ practicū Et in appetitu rōnali ꝓsiderantur duo.scz actio et executio q̄tuz ergo ad intellectum speculatiuū phūs ponit doctrinam per quā effunditur scia a magistro in discipulum Quātum vero ad intellectū practicū ponitur ars.que est recta rō rerum in nobis factibiliū.vt habetur sexto huius. Et quantū ad actum interiorem siue elicitū (qui pertinet ad voluntatē) ponitur electio Sed quantū ad executionez siue ad actum exteriorē imperatū per voluntatem ponit̄ actus Et non facit phūs mentionē de prudentia q̄uis sit in rōne practica.sicut et ars. q̄ per prudentiam ꝓprie dirigitur electio Conclusio secūda.omnis ars et omnis doctrina actus et electio sunt illa q̄bus homo ordinatur ad bonū appetendū. Patet q̄ principiū operandi in hoīe est appetitus vel voluntas et ratio vt dictū est. sz ista regulantur a quatuor predictis.ergo ⁊c.

Dubitatur primo

Utrū omnia bona sint bona vna bonitate. Rñdetur q̄ licet omnia bona dici possint bona effectiue et exēplariter vna bonitate. scz bonitate diuina:a qua bonitate (sicut a primo principio effectiuo et a fonte) omnia bona depēdent. non tamen pōt dici omnia bona esse bona vna bonitate formali.imo q̄libet bonū est formaliter bonum p̄ suā ꝓpriā formā.que est sua ꝓpria bonitas.sed manifestū est q̄ diuersorū bonoz diuerse sunt forme.ideo etiā sunt diuerse bonitates formaliter ipsis inherentes.

Dubitatur secūdo. vtrū sit vnū bonū q̄ omnia appetunt. Rñdetur q̄ licet sit vnū bonum ⁊ idem quod oīa appetūt ip̄licite et mediate.tū explicite et imediate diuersa entia appetunt diuersa bona. Dubitat̄ tercio. vtruz bonū bene diffiniatur cuz dicitur bonum est quod omnia appetunt Respondetur q̄ sic.tū ista diffinitio est a posteriori ⁊ per ꝓprium effectum. Nam q̄ bonū est vnū de primis principijs quod cuertit̄ cū ente.ideo non potuit diffiniri per aliquod prius ipso.et ita oportuit ipsum diffiniri p̄ aliquod posterius eo.scz ꝓprium eius effectū. Quz ergo bonū ꝓprie sit motiuū appetitus non potuit melius diffiniri q̄ per motiuū illius appetitus.et ita vt habet textus antiqui philosophi bene enunciauerūt dicentes. Bonum est quod omnia appetunt

Ad rationes ante oppositū Ad primam dicitur q̄ sicut dicitur secundo huius Carere malo est quoddā bonū.ideo aliqui appetūt non esse simplr.scz non esse in miseriis et tristicijs. Et ita per se intendūt bonū. licet per accidens appetant malum. Ad secundaz dicitur q̄ quedam artes sunt prohibite.nō quia male sint de se.sed sōlum quo ad suuz vsum. Et ita aliqui possent ipsis male vti. Scire em̄ malū est quoddam bonū. sed facere malū est malum. Ideo dicit boetius q̄ scientia mali videt̄ esse bona.quia malū non potest euitari nisi precognoscatur.

Ad terciam dicit̄.q̄ licet scientie speculatiue ꝓsiderate fm se ⁊ absolute habeant verum pro fine.tamen si ꝓsiderentur fm q̄ ordinantur ad finem totius humane vite appetūt quoddā bonū.et cadūt sub ꝓsideratione phie moralis. Vel etiā potest dici q̄ illud verū qō habent ꝑ fine est quoddam bonum Ad quartam dicitur.q̄ licet sensus irascibilis ⁊ concupiscibilis sint de numero illoz quibus homo ordinatur in bonū.tamen immediate per sensum irascibilem ⁊ concupiscibilem homo non tendit in bonū.sed mediantibz quatuor predictis.ideo sufficienter enumerantur illa quatuor.

Differentia vero quedam videtur finium hi quidem em̄ operationes.hi vero preter has opera quedam. Quorum autem sunt fines q̄dem preter operationes. in his existunt meliora operationibus opera. Multus autem operationibus entiby ⁊ artibus ⁊ doctrinis multi fiunt et fines Medicinalis quidem enim sanitas. nauifactiue vero nauigatio. militaris vero victoria. ꝙconomice vero diuitie. Quecūq; autem sunt talium sub vna quadam virtute quemadmodum sub sequestri frenifactiua. ⁊ quecūq; alie equestrium instrumentoruz sunt hec autē ⁊ois bellica operatio sub militari fm eūdem itaq; modū alie sub alteris. In omniby itaq; architectonicarū fines oīby sunt desiderabiliores his que sunt sub ipsis. horuz em̄ gratia illa persequūtur. Differt autē nihil operationes esse fines actuuz. aut preter has aliud quoddam.quēadmodum in dictis doctrinis Si vtiq; est aliquis finis operabiliū quē propter ip̄m volumus.alia vero ꝓpter illū. ⁊ non oīa ꝓpter alterū desideramus. procedit em̄ in infinitum.sicq; esset vacuum et inane desiderium.manifestū quoniam hic vtiq; erit bonus ⁊ optimus. Igitur ⁊ ad vitā cognitio ei? magnum habet incrementum. Et quemadmodum sagittatores signum habentes magis vtiq; adipiscimur quod oportz Si autem

sic temptādum est figuraliter accipere illud qđ quid est ꝛ cuius disciplinarum aut virtutū

Querit tercio.

Utrum in rebus humanis reperiatur vn⁹ finis vltimus. Arguitur primo ꝙ non.quia si sic non conuenirent hominib⁹ diuersa studia viuendi .que ordinantur ad diuersos fines.ergo in reb⁹ humanis non est nīi vnus finis. Arguitur secūdo.in omnib⁹ que sunt rationis est procedere in infinitum.sed desiderium sequitur apprehensionem rōnis.ergo in finibus est procedere in infinitum Arguitur tercio.in actibus volūtatis est procedere in infinitum.quod patet ex hoc ꝙ ego possum velle aliquid.ꝛ possum velle me velle.ꝛ iterū possuꝫ velle me velle.ꝛ sic in infinitum. Cum ergo bonū et finis sint obiectum volūtatis.sequitur ꝙ in finib⁹ sit procedere in infinitum.et per consequens in rebus humanis non est aliquis vltimus finis. Arguitur quarto.bonum est suīpsius diffusiuum.cum ergo finis habeat rationez boni est diffusiu⁹ in aliud bonum.et sic in infinitum.ergo in finibus est processus in infinitum.ꝛ sic non est aliquis finis vltimus Innoposito est pħus in textu

Sciendum prima

Q⁹ postq̄ pħus in prima propositione huius libri ostendit ꝙ omnia habent tendentiam ad bonum.et per consequens ad finem.cum finis habeat rōnem boni. Et quia naturalis inclinatio esset inanis nisi posset quandoq̄ terminari.ideo Aristoteles ꝓsequenter ostendit ꝙ in finib⁹ non est procedendum in infinitum. Et quia in hac scientia principaliter intenditur de bono humano. ideo principaliter inquirit de humanorum actionum fine .circa cuius inquisitionez ꝓponit aliqua necessaria ad huiusmodi finis manifestationem.

Sciendū secūdo ꝙ finale bonuꝫ (i quod tendit appetitus vniuscuiusq̄)est vltima pfectio eius. Prima autez perfectio rei se habet per modum forme.secūda vero per modum operationis.ideo oportet esse hanc differentiaz inter fines.sc̄z ꝙ q̄dam fines sunt ipse operationes. alie aūt sunt ipsa operata p̄ter opationes

Sciendū tercio ꝙ duplex est operatio.vt habetur no⁹ no metaphisice. Una est que manet in ipso operante.sicut videre velle ꝛ intelligere.et huiusmodi operatio ꝓpꝛie dicitur actio.Alia est operatio transiens in materiam extrinsecam que ꝓpꝛie dicitur factio. Et hec est duplex.quia quandoq̄ aliquis assumit solum materiam extrinsecam ad suum vsum.sicut equū ad equitandum.et cytharam ad cytharizandum.Quandoq̄ vero assumit materiam extrinsecam vt mutet eam in aliquam aliam formam.sicut cum artifex facit lectulum vel domū. Prima et secūda harum operationum non habent aliquid operatum quod sit earum finis. sed vtraq̄ istarum operationū est finis.prima tamen melioꝛ est q̄ secūda. ex eo ꝙ manet in operante.Sed tercia operatio est sicut quedam generatio cuius finis est res genita. Et in operationibus tercij generis ipsa operata sunt fines.vt finis domificationis est domus facta. Et in istis est talis ordo.ꝙ quando operatum est finis tunc melius est operatum q̄ ipsa operatio.quia finis semper est potioꝛ his que sunt ad finem.quia ea que sunt ad finem habent rationem boni ex ordine ad ipsum finem

Conclusio prima

In vita humana sunt multi fines imediati ꝛ nō simpliciter vltimi. Probatur.quia multe operationes artes et doctrine habent diuersos fines imediatos ꝛ primos. Cum ergo sint multe operationes artis ꝛ doctrine hominum necesse est ꝙ earum sint diuersi fines.quia finis ꝛ ea que sunt ad finem adinuicem ꝓportionantur. Et hoc manifestat philosophus inductiue.quia artis medicinalis finis est sanitas.nauifactiue vero nauigatio. militaris vero victoria.yconomice vero.id est dispensatiue domus vnius diuitie Circa quod ꝓsiderandum est ꝙ philosophus hic dicit ꝙ diuitie sunt fines dispensatiue domus fm multoꝝ opinionem ꝛ non fm opinionem ꝓpꝛiam.quia in primo politice ipse probat ꝙ diuitie non sunt finis yconomice.sed instrumenta

Conclusio secūda.licet in reb⁹ humanis sint multi fines.tamen adinuicem sunt subordinati. Patet quia artes sunt adinuicez subordinate.ergo ꝛ fines. Antecedēs probat pħus per exemplum. Nam ꝓtingit vnū habituꝫ operationū (quem vocat philosophus virtutē) sub alio esse.sicut ars que facit frenum est sub arte equitandi. qz ille qui debet equitare precipit artifici frenifactiue qualiter ipse faciet frenū.et sic ipse est architectoꝛ et principalis artifex. Et eadem ratio est de alijs artificib⁹. qui faciunt alia instrumenta ad equitandum. vtputa sellas cal caria ꝛ alia huiusmodi. Equestres aūt vlterius ordinantur sub arte militari. Pro quo notandum ꝙ milites antiquitus dicebantur quicunq̄ pugnatoꝛes qui erant ordinati ad vincendum. ideo sub militari continentur non solum equestres.sed etiam omnis ars ordinata ad aliquam operationem bellicam.sicut ars sagittandi ꝛ sic de alijs. Et per eūdem modum alie artes minus principales sub principalibus continentur. et quo ad hoc artes seinuicem excedunt.nam illa que sub se alias cōtinet respectu ipsarum dicitur architectonica. quia ipsa alijs vtitur.ꝛ alie sunt propter ipsam.et alijs habet precipere. Ex quo sequitur ꝙ fines architectonicaruꝫ sunt quo ad omnes desiderabiliores q̄ fines artium. que sub principalibus continentur.Quod probat philosophus ꝑ hoc ꝙ homines querunt inferioꝛes artes propter fines superioꝝ.nihil tamen differt quantum ad ordinem finium vtrum fines sint operationes vel aliquid aliud operatum preter operatiōes. Nam frenifactiue finis est frenum factum.sed finis equestris (qui est principalioꝛ)est equitatio.Sed econuerso se habet in medicinali ꝛ exercitatiua.quia medicinalis finis est aliquid operatum sc̄z sanitas.sed exercitatiue (que cōtinetur sub ea) finis est operatio vel ipsum exercitium

Conclusio tercia.In rebus humanis est vnus finis bonus ꝛ optimus.Quod probat philosophus .qz quicūq̄ finis talis est ꝙ alia volumus propter ipsum ꝛ non ꝓpter aliquod aliud.ille finis non soluꝫ est bonus sed etiam optimus.sed necesse est aliquem esse talem in rebus humanis.ergo in rebus humanis est aliquis finis bon⁹ et optimus. Minoꝛem probat philosophus ratione ducente ad impossibile.que talis est. Manifestum est ex premissis ꝙ vnus finis desideratur per alium.aut ergo est deuenire ad aliquem alium finem qui non desiderabitur ꝓpter alium.aut nō.si sic habetur intentuꝫ. si nō ꝓsequēs est ꝙ omnis finis desideratur propter alium finem.ꝛ sic

oportet procedere in infinituz. sed hoc est impossibile qō probat philosophus. quia si procedatur in infinitum in desiderio finium nunqz erit deuenire ad hoc q homo cō sequatur fines desideratos. sed frustra z vane aliquis desiderat illud quod non potest consequi. ergo desiderium finis est vanum et frustra. sed hoc desiderium est naturale. quia naturaliter omnia bonum desiderant. ergo naturale desiderium erit inane. sed hoc est impossibile. quia desiderium naturale non est aliud qz quedam inclinatio inherens rebus ex ordinatione primi mouentis. que nō potest esse vana siue frustra. ergo non est procedere in infinitum in finibus. et per consequens necesse est esse alīquez finē optimum rez humanarum. Ex quo concludit philosophus q cognitio huius finis magnum auxilium confert ad vitam humanam. quod patet. quia quādocūqz aliquid ordinatur z dirigitur in aliud non potest recte consequi illud nisi ex cognitione eius per quod dirigitur quod patet per exempla de sagittante. qui mittit directe sagittas ad signum ad quod sagitta dirigitur. Sed tota vita humana ordinatur ad illum finem vite humane scz ad beatitudinem siue felicitatem. ergo ad humane vite rectitudinem necesse est habere cognitionem de vltimo fine vite humane. quia semper ratio eorum (que sunt ad finem) sumenda est ab ipso fine. vt habetur secundo physicorum.

Ad rationes

Ante oppositum Ad primam conceditur q diuersi sunt fines immediate diuersorum studiorum. ordinantur tamen ad vnum vltimū finem.

Ad secundam dicitur q in per se ordinatis ratio incipit ab aliquibus naturaliter notis z ad aliquem terminum proceditur. Et sic est in his que per se connectūtur ad inuicem. sed in his que per accidens ad inuicem connectuntur nihil prohibet procedere in infinitum

Ad terciam dicitur q in actibus intellectus z voluntatis supra seinuicem reflexis non est incōueniens q fm potentiam procedatur in infinitum. tamen non est procedere in infinitum in actibus directis. modo illi actus reflexi non connectuntur ad inuicem per accidens

Ad quartam dicitur q bonum naturale quod non agit per intellectum et voluntatem est suūpsius diffusiuum inquantum potest. sed bonum quod agit per intellectum et voluntatem non diffundit se inquantū potest sed inquantū vult

Videbitur autem vtiqz principalissime et maxime architectonice esse. talis vtiqz z ciuilis appet Quas em esse debitū est disciplinaz in ciuitatibz z ḡles vnūquēqz addiscere et vsqueq hec pordinat Videmus aūt preciosissimas virtutū sub hac existentes. vtputa militarem. yconomicam rethoricam. Utente vero hac reliqs practicis disciplinaz. amplius aūt legē pponente quid oportet operari z a q bus abstinere: huiꝰ finis pplectitur vtiqz eos qui aliarum. Quapropter hic vtiqz erit bumanum bonum. Si enim et idem est vni et ciuitati. maiusqz et perfectius quod ciuitatis videtur et suscipere z saluare. Amabile quidem enim et vni soli. melius vero et diuinius genti et ciuitatibus. Methodus quidem igitur hoc appetit ciuilis quedam existens Dicetur autem vtiqz sufficienter si fm subiectā materiam manifestetur. Certum enim non similiter in omnibus sermonibus querendū quemadmodum neqz in conditis. bona autem z iusta de quibus ciuilis intendit tantam habent differentiam z errorem vt videantur lege sola esse. natura vero non. Talem autem quēdam errorem habent z bona. quia multis contingunt detrimenta ex ipsis. Jam enim quidam perierunt propter diuitias. alīq vero propter fortitudinem. Amabile igitur de talibus et ex talibus dicētes grosse et figuraliter veritatem ostendere et de his que vt frequentius et ex talibus dicentes talia z concludere. Eodē vtiqz modo et recipere debitum est vnūquodqz dictorum. disciplinati enim est in tantum certitudinem inquirere fm vnumquodqz genus in quantum natura rei recipit. proximum enim videtur et mathematicum persuadentem accepta re et rethoricum demonstrationes expetere. Unusquisqz autem iudicat bene que cognoscit et horum iudex est bonus. fm ergo vnū quodqz bene iudicat in vnoquoqz erudit9. simpliciter autem qui circa oīa eruditus est Id circo politice nō est proprius auditor iuuenis inexpertus enim est eorum qui fm vitam sunt actuum. rationes autem ex his et de his Amplius autem passionum secutor existens inaniter audiet et inutiliter. quia finis est nō cognitio sed act9. Differt autem nihil iuuenis fm etatem aut fm morem iuuenilis. Non enim a

tempore defectio. sed propter fm passiones vi uere et persequi singula. Talibus enim inuti/ lis cognitio fit quemadmodum incontinenti/ bus. Scom autem rationem desideria faciē tibus et operantibus multum vtiq; vtile erit de his scire. Et quid vtiq; de auditore ꝛ qua/ liter demonstrandū ꝛ quid proponimus pro hemialiter dicta sunt tanta

Queritur Quarto vtrum desideratio opti mi finis hominis pertinet ad ci/ uilem scientiam siue ad politicam

Arguitur primo q; non. quia sapientia est optima sci entiarum. ergo ad ipsam pertinet consideratio optimi fi/ nis Secundo sic. in hac scientia consideratur de vlti/ mo fine hominis que est felicitas. cuz ergo ista scientia sit alia a pollitica vt ostensum. est prius. sequitur q; ad politi cam non pertinet consideratio illius vltimi finis

Tercio sic. finis vltimus hominis consistit in contem platione summi obiecti. cuius consideratio non pertinet ad politicam scientiam. ergo necz consideratio illius scie tie Quarto sic. Optimus finis hominis siue bonum humanum debet conuenire cuilibet homini. sed finis scie tie politice consistit in ciuium gubernatione. modo non cuilibet homo est ciuium gubernator. sed est tantū vnus precellens alios. ergo tali solum conuenit finis politice. ꝛ per consequens ad totalem scientiam non ptinet consi/ deratio humani boni quod est cōmune omnib; hominib;

In oppositum est phūs in textu.

Sciendum primo

Q; postq; phūs ostendit q; cognitio optimi finis homis est necessaria ad vitam humanā. cōsequenter ostendit q; oportet aspicere quis sit iste vltimus finis. ꝛ ad quā scien tiam speculatiuam vel practicam pertinet eius conside/ ratio. et hoc ostendit phūs in prohemio huius libri

Conclusio prima

Optimi finis hominis cōsideratio ptinet ad ciuilem scie tiam Quod probat phūs. q; consideratio optimi finis p tinet ad principalissimā scientiam ꝛ maxime ad architec/ tonicam. sed ciuilis scientia videt esse principalissima et p fectissima. cum sit architectonica. ergo ad eaz pertinet co sideratio optimi finis Maior patet ex his que supra oñ sa sunt. quia ostensum est q; sub scientia vel arte que ē de fine continent illa que sunt circa ea. ꝛ que sunt ad finem. ꝛ sic oportet q; consideratio huius finis ptineat ad princi/ palissimam scientiam tanqz de principalissimo fine existē te: ꝛ precipientē alijs que oporteat facere. Minorē ꝓbat phūs et primo q; scientia ciuilis sit architectonica ꝗtum ad duo. que pertinent ad scientiam architectonicā. Pri/ mū est q; ipsa precipit scientie vel arti que est sub ipsa qd debeat operari. sicut equestris precipit frenifactiue. Se/ cundū est q; ad suum finem vtatur arte que sub ipsa est. Primū autem istorum duoz cōuenit scientie politice tā respectu sciarum speculatiuarū qz practicarz. aliter tamē et aliter. q; politica precipit scie ꝗtum ad vsum eius. vt sez sic operetur vel sic. et ꝗtum ad determinationē ope/ ris precipit fabro non solum q; vtatur sua arte. sed q; sic vtatur faciendo tales cultellos. Sed ciuilis scientia spe culatiue scie p̄cipit solū quo ad vsum ꝛnō quo ad deter/ minatiōem operis. Politica eñ ordinat q; aliqui hoies doceāt vel edificant. sed nō p̄cipit geometrie q; cōcludat de triangulo. q; hoc non subiacet humane voluntati. sed alia ꝓprietas architectonice scientie (sez vt inferioribz sci/ entijs) pertinet ad politicam respectu scientiarum poli/ ticarum. Jdeo dicit phūs q; videmus p̄cios̄simas. i. no bilissimas virtutum. i. artiū optimarum esse sub politica sez militarem ꝙconomicam ꝛ rethoricam. quib; omnib; vtiq; politica ad suū finem. sez ad bonū cōmune ciuitatis Ex his omnib; ꝙcludit phūs principale ꝓpositum. scilz q; finis politice est aliquod optimum in rebus humanis Patet q; cum politica (que practica est) reliquis practi/ cis disciplinis vtat. vt dictum est in secunda ꝓprietate. et cum ipsa legem ponat dicendo quid oporteat operari. ꝛ a quib; abstinere. vt dictum est in prima ꝓprietate scientie architectonice. ꝙsequens est q; finis politice sub se ꝙtine at fines aliarū scientiarū practicarū. et per ꝙsequēs finis eius est humanū bonū. Deinde probat phūs q; politi/ ca sit principalissima. quia illa scientia est principalissima cuius finis est ꝓncipalissimus. sed finis politice est hmōi ergo ꝛc. Minorem ꝓbat phūs. quia vnaquez causa est potioz ꝗto ad plures effectus se extendit. cum ergo bo/ num habeat rōnem cause finalis. tanto potius est quāto ad plura se extendit. ergo si est bonum vnius hominis ꝛ totius ciuitatis. multo videtur maius ꝛ perfectius illud quod est bonū totius ciuitatis. ꝗ quod est bonuz vnius hominis. sed ciuilis nedum intendit bonū vnius homi/ nis. sed etiam totius ciuitatis. ꝛ nedum totius ciuitatis īmo etiam totius gentis. ergo iste finis est principalissi/ mus. et per consequens politica est principalissima. quod quidem intelligendum est in genere scientiarum actiuaz que sunt circa res humanas. quaruz politica considerat vltimum finem. Item nota q; dicit philosophus hic in textu q; bonum quanto ꝙmunius tanto melius est ꝛ diuinius. Sed obijcitur illud quod dicit Aristoteles in tercio thopicorum. vbi dicit q; bonum ꝓpzium est pre eligendum bono ꝙmuni. ergo ꝛc. Respondetur distin/ guendo de bono ꝙmuni. quia tale est duplex. Quoddaz eñ est quo multi simul vti non possunt. et tali bonum p prium preeligendum est. vt dicit phūs in thopicis. Ali/ ud est bonuz ꝙmune quo plures simul vti possunt. sicut paz in aliquo regno vel in aliqua patria. et tale bonū me lius est ꝛ diuinius bono ꝓprio.

Dubitatur primo

Qualiter sit procedendū in ista scientia Respondet phi losophus q; grosse ꝛ figuraliter. Cuius assignat rationez q; modus manifestandi veritatē in qualibet scientia de/ bet esse ꝙueniens ei qō subijcitur in illa scientia. qō mani festat per hoc q; certitudo est similiter inquirenda in om/ nib; sermonib; quibus de aliqua re sermocinamur. sicut etiā in his que fiunt per artem nō est similis modus ope randi in omnib;. sed vnusquisq; artifex operat ex mate/ ria fm modū ꝙueniente tali materie. Materia aūt mo/ ralis talis est q; non est ei ꝙueniens certitudo Nota q; ex isto passu habetur autoritas cōis. videlicz q; sermones p ferendi sunt fm materiā subiectam. Qō manifestat phūs per duo genera rerū que pertinent ad materiā moralez

primo ad eam pertinēt opera virtuosa circa que nō habetur certa scientia hominum. Secundo ad eam pertinent bona exteriora quibus homo vtitur ad suum finē Et circa huiusmodi bona predictus error inuenitur. qa nō semper eodem modo se habent in omnibus. Quidā eīn occasione suarū diuitiarū perierūt. qdā po occasione sue fortitudinis. t eius ꝓfidentia magnis periculis se exposuerunt. Et sic manifestum est q moralis scientie materia est variabilis t difformis non habens omnimodaz certitudinem. Et q fm artem doctrine vel scientie demōstratiue oportet principia esse conformia conclusionibus congruum est de tantis varietatibus tractatum facere et ex similibus procedentes grosse t figuraliter t verisimiliter veritatem ostendere

Dubitatur secundo.

Qualis debet esse auditor huius scientie Pro quo ponitur conclusio secunda. q iuuenis est insufficiens auditor huius scientie. Patet quia nullius potest habere rectum iudicium nisi de his que nouit. sed iuuenis non habet naturalem experientiam neqz noticiaz eorum que ad noticiam moralem pertinent. quia propter temporis breuitatem est inexpertus in operatiōibus vite humane. ex quibus procedunt ratōes moralis scie. ergo manifestuz est q iuuenis est insufficiēs auditor hui⁹ scie Cōclusio tercia. passionuz secutor est inutilis auditor huius sciētie. puta secutor ire vel concupiscentie Pro cuius declaratione.

Notandum.

Q moralis scientia docet nos insequi rationem et discedere ab his in que passiones anime naturaliter inclinant. vt sunt concupiscentia. gula. ira. voluptas t cetera huiusmodi. in que omnes tendunt. Et homo dupliciter in ipsis tēdere potest. vno modo ex electione. puta cuz aliquis proponit sue concupiscentie satisfacere. Et hos vocat philosophus passionum sectatores. Alio modo cū aliquis proponit a nocuis delectationib⁹ abstinere. vincitur tamen interdum impetu passionis et contra suum intentum sequitur impetus passionum. Probatur conclusio. quia finis huius scientie non est sola cognitio. ad quem forte possent peruenire passionum sectatores. Sz finis huius scientie est humanus actus virtuosus. ad actus autem virtuosos non perueniunt qui passiones sectantur. ergo passionum sequutor est huius scientie inutil auditor Ex quibus infert philosophus q conueniēs auditor huius scientie est ille qui fm ordinem rationis adimplet omnia sua desideria. t qui diligenter laborat. Et eīn magna vtilitas est scire moralia. nam bona eius inclinatio maxime perficitur per cognitiōem moraliū quaz hic tradit tanqz per vsum ipsorum qui est finis huius scientie moralis.

Ad rationes

ante oppositum. Ad pmam t ad secundam dicitur q solute sunt ex dictis Ad terciam dz. q vltim⁹ finis homis simpliciter t fm se ꝓsideratus nō ptinet ad politicam. cū sit summum bonum simpliciter. sed magis ptinet ad altiorē sciam. tamē vltimus finis hois simpliciter siue vltimum obiectum cōsideratum fm q cōparatur ad mores bene ptinet ad politicam scientiam seu moralem. et ideo de felicitate agitur in hoc libro t in politica

Ad quartam dicitur q sicut analoguz q se reperitur in vno primo. t per illud reperitur in alijs. Ita etiam finis politice primo et principaliter reperitur in gubernatione ciuium. et consequenter in alijs fm qpinquitatez vl distantiam ad primum. et sic nullus homo est priuatus tali bono. sed vnusquisqz recipit in se tale bonuz fm q est capax illius boni

Icamus autem resumentes quoniaz omnis cognitio et electio bonum alicuius quod desiderat. Quid est hoc quod ciuilem dicimus desiderare. t quid est omnium operatorum summum bonum. Nomine ergo quidem fere a plurimis confessum est. felicitatem enim et multi et excellentes dicunt. bene viuere autem et bene operari idem existimant ei qđ est felicem esse. De felicitate autem (que est) alterantur et non similiter multi sapientibus tradiderunt. Hij quidem operatorum quid est manifestorum vtputa voluptatem aut diuitias aut honorem. alij autem aliud. multotiens autem t idem ipse alterum. Egrotans quidem enim sanitatem. mendicans autem diuitias. conscij autem sibijpsis ignorantie eos q magnum aliquid et super ipsos dicunt admirātur. Quidam autem existimauerunt preter hec multa bona. aliud quidem esse fm seipsum. quod et omnibus alijs causa est essendi bonum. Omnes quidem igitur perscrutari opiniones inanius fortassis est. sufficiens autez eas maxime que superficietenus aut apparent vel existimantur habere aliquam rationem. Non lateat autem nos quoniam differunt que a principijs rationes. et que ad principia. Bene eīn et Plato dubitauit hoc. et quesiuit vtrum a principijs vel ad principia est via. quemadmodum in stadijs ab athlotecis ad terminum vl econuerso. Incipiendum quidem igitur a cognitis: hec autem dupliciter sunt. hec qđem eīn nobis. hec autem simpliciter. Forte igitur

nobis incipiendū est a nobis cognitis. Propter quod oportet consuetudinibus duci bene de bonis et iustis et totaliter ciuilibus auditurum sufficienter. Principium enim quia. etsi hoc appareat sufficienter nihil opus erit. eo quod propter quid. talis autez habet vel suscipit vtiqz principia faciliter. Cui enim neutrum existit. horum audiat que Esiodi. Iste quidem optimus qui ipse omnia intellexit. bonus autem rursus et ille qui benedicenti obediet. Qui autem neqz ipsemet intelligit. nec alium audiens in animo ponet. hic rursus inutilis vir. Nos autem dicamus vnde discessim⁹ bonum enim ⁊ felicitatem non irrationabiliter videntur ex his que huius vite sunt existimare. multi quidem et grauissimi voluptatem ideo et vitam diligunt voluptuosam. Tres enim sunt maxime excellentes. et que nunc dicta est. et que ciuilis est. et tercia que contemplatiua est. Multi quidem igitur omnino bestiales videntur esse pecudum vitam eligentes. Adipiscuntur autem rationem. quia multi eorum qui in potestate sunt similia patiuntur sardanopallo. Qui autem exellentes ⁊ operatiui honorem. ciuilis enim vite fere hic finis Videtur enim magis superficietenus esse eo quod queritur. videtur enim in honorantibus magis esse q̄z in honorato. bonum autē proprium quidem et quod difficile aufertur diuinamus. Amplius autem videntur honorem querere vt credāt seipsos bonos esse Querunt ergo prudentibus honorari. et apud eos a quibus cognoscuntur et in virtute. Manifestum autem quoniam ꝑm hos virtus melior est. Forsitan autem et magis vtiqz finem ciuilis vite hanc existimet. videtur autem imperfectior et hec. Videtur etenim contingere et dormire habentem virtutem et non operari per vitam. Et cum his mala pati ⁊ infortunatum esse plurimum. Ita autem viuentem nullus vtiqz felicitabit nisi positionem custodiat. Et de his quidem igitur satis. sufficienter em̄ in enkidijs dictum est de ipsis. Tercia autem est contemplatiua. de qua ꝑscrutatōem in sequētibus faciemus. Pecuniosus antē violentus quis est. ⁊ diuitie nō sunt quod querit̄ bonū. Utiles em̄ sunt ⁊ alterius gratia. Ideo magis que priora dicta sunt: fines aliq̄s existimat. propter se em̄ diligunt̄. Uident̄ aūt neqz illa q̄zuis multi sermōes ad hoc ꝯpositi sint hec autem relinquantur.

Querit̄ quinto

Utrū felicitas hominis ꝯsistat in voluptate. in honore. virtute. vel in diuitijs. Arguitur primo ꝙ cōsistat in voluptate. Probatur. quia in illo maxime consistit felicitas quod propter seipsum ⁊ nō propter aliud appetitur. sed voluptas est huiusmodi. quia ꝑm Arestotelem decimo huius. ridiculum est querere propter quid aliquis vult delectari. Arguitur secundo. ꝙ consistat in honore. quia in illo consistit felicitas quod est premium virtutis humane. sed honor est huiusmodi. ergo ⁊c̄. Arguitur tercio. in illo consistit felicitas quod ē vltimum consequens humanas operationes. sed virt⁹ est huiusmodi. ergo felicitas consistit in virtute. Arguitur quarto. in illo (per quod homo potest sibi omnia bona acquirere) consistit felicitas. cum felicitas sit stat⁹ omnium bonorum aggregatione perfectus. vt inq̄t Boetius. Sed diuitie sunt huiusmodi. quia vt dicitur quinto huius nummisma inuentuz est ad hoc ꝙ sit fideiussor omnium quibus homo indiget. ergo felicitas hominis consistit in diuitijs. In oppositum est ꝑbus in textu. Pro responsione.

Sciendum primo

Q̄ postq̄z in prohemio dictum est ꝙ est vnum vltimuz bonum. cuius consideratio ad ciuilem scientiam pertinet. hic consequenter videnduz est quid sit illud summū bonum. siue in quo consistat. Pro quo sciendum secūdo ꝙ homines tam populares q̄z sapientes qui de vltimo fine locuti sunt conueniunt in communi nomine illius finis ipsum nominando felicitatem. Secundo cōueniunt in communi nomiue rationis dicentis bene viuere et bene operari idem esse qd̄ felicem eē. sed multiplicit̄ diuersificati sunt. Prima diuersitas est popularium et sapientum. quia populares vltimum finem constituerunt in aliquo bono sensibili. quia sola sensibilia cognoscunt. sed sapientes ipsum posuerunt in bono intelligibili et separato Secunda diuersitas est popularium inter se. quidam enim posuerunt vltimum finem consistere in voluptatib⁹. quidam in honoribus. q̄dā in diuitijs. ⁊ sic de alijs

Tercia est eiusdem ad seipsum. quia idem homo diuersi modo dispositus vltimū finem ponit in diuersis. vt eger arbitratur sanitatem esse felicitatem. mendicus vero diuitias. ⁊ scientes se ignorare quasi admirantes eos qui dicunt aliquod magnum vel sciunt reputant ipsos esse felices Sciendū secundo q predictarum opinionum quedā modicam vel nullam habent apparentiam. nō non de omnibus est perscrutandum. sed solum de illis q̄ habent aliquam apparentiam. vel credunt habere rōem per quam credantur a multis. Et sic circa modum inquirē di de istis dicit ph̄s allegans platonem. q bene licet procedere ex principijs ad principiata vel econtra. Ideo dicit q incipiendū est a nobis cognitis. quare oportet audītorem huius sciētie duci bonis ꝓsuetudinibus tam in bonis exterioribus q̄ in operationibus ꝑtuosis. Quod si ita sit nō erit sibi opus scire propter quid. quia talis scire poterit principia moralia per seipm vel ab alio faciliter recipiet. Qui aūt neutro modo est dispositus audiat sentētiam Esiodi poete. Nam ꝑ ipsum ꝓmus est optimus scz qui per se omnia intelligit. Secūdus bonus est qui bene suscipit ab alio. Tercius vero. scz qui neutro modo ē dispositus ad bonum ⁊ ad verum cognoscendū est omnino inutilis.

Conclusio prima.

Felicitas nō consistit in voluptatibus. ⁊ p voluptatem intelligitur delectatio corporalis Patet quia si felicitas cōsisteret in voluptatibus maxime esset in delectatōe cibi ⁊ potus. Sed tales delectationes sunt cōmunes hoibus et brutis. ergo felicitas ꝙueniret etiā brutis. quod est impossibile. cum ipsa sit proprium bonum hominis Unde rō qua mouebantur isti erat quia multi in magnis potestatibus constituti credebant a vulgo esse felices. eo q̄ prosequebantur istas voluptates. Et tales assimilant sardanopallo regi assyrioꝝ qui totam vitam suam cōsumpsit in voluptatibus Conclusio secūda. felicitas nō consistit in honoribus. Probatur. quia felicitas est proprium bonū felicis difficulter ab eo auferibile. Sed honor magis est in honorante q̄ in honorato. ergo nō est proprium bonū neq̄ felicitas honorati. Secunda ratio. q felicitas est ꝑfectum bonum quod propter se queritur. sed honor non propter se queritur. quia queritur propter ꝑtutem tanq̄ testimoniū virtutis. ergo felicitas nō est in honoribus De inde dicit ph̄s. q appetentes honorem maxime querūt a prudentibus aut sapientibus honorari. et etiam a notis. Ex quo sequetur q felicitas nō ꝓsistit in laude ⁊ gloria humana vel in fama. nec etiam in bonis corporis. qa ipsa sunt propter aliud. scz propter bonū anime. Conclusio tercia. felicitas nō consistit in virtute. Patet ꝓmo quia felicitas est operatio perfecta in vita perfecta. Sed habens virtutem possit esse sine operatione. vt patet de dormiente. igitur ⁊c. Patet secundo. quia felicitas non permittit secum aliqua mala cum sit summum bonum Sed virtuoso possunt accidere multa mala et infortunia Conclusio quarta. felicitas non consistit in diuitijs. Patet quia omnes diuitie siue naturales siue artificiales queruntur propter aliud. felicitas autem non queritur propter aliud. igitur ⁊c. Item diuitie acquiruntur seu possidentur aliquando per violentiam. sed felicitās non acquiritur taliter. ergo ⁊c. Item felicitas magis videtur cadere in honore vel in virtute q̄ in diuitijs. et tamen non consistit in ipsis. vt prius patuit. ergo ⁊c.

Ex predictis sequitur. q felicitas non cōsistit in potestate. Tum primo quia potens est indifferens ad bonum et ad malū. felicitas aūt summū bonū. Tum secundo. quia potest habet rōnem principij formalis felicitas aūt habet rationem vltimi finis

Ad rationes ante oppositum Ad primam dicitur q in illo cōsistit felicitas quod queritur ꝓpter se. ⁊ non propter aliud ſm appetitum recta rōne regulatū. Sed voluptas nō queritur ꝓpter se nisi ſm appetitū deprauatū Ad secūdam dicitur. q honor non est premiū essentiale virtutis per se intentū a virtuoso Sed honor ab hominib tribuitur virtuoso ꝓ premio. quia non possunt sibi magis tribuere. ideo est signū virtutis ⁊ premiū accidentale

Ad terciā dicitur. q licet virtus sit ꝑfectior operationibus quib generat. tamē operationes cōsequētes ipaz virtutē ad quā ordinatur virtus sunt ꝑfectiores virtute. ideo virtus non est summum bonum simplr. Ad quartā conceditur q oīa bona venalia possunt acquiri p diuitias. sed bona anime que non sunt venalia nō possunt haberi p diuitias nisi forte p accidens.

Q autem vniuersale melius forte perscrutari et querere qualiter dicitur. Et si obuia tali questione facta propter amicos viros introducere ydeas Uidebitur autem vtiq̄ melius esse forsitan et oportere et pro salute veritatis et familiaria destruere: aliter et philosophos existentes. Ambobus enim existentibus amicis sanctum prebonorare veritatē. Ferentes autem opinionem hanc non faciebant ydeas in quibus prius ⁊ posterius dicebāt. propter quod neq̄ numeroꝝ ydeam constituebant. bonū autem dicitur ⁊ in eo quod quid: ⁊ in quali et in adaliquid. Quod autem ⁊ ſm seipsum ⁊ substantia prius natura. eo quod adaliquid. Propagini enim hec assimilant ⁊ accidēti entis: quare vtiq̄ cōmunis erit quedam in his ydea. Amplius autem quia bonū equaliter dicitur enti etem̄ in eo quod q̄d est dicit: vtputa deus et intellectus. ⁊ in quali virtutes. ⁊ in q̄n to mensuratum. ⁊ adaliquid vtile: ⁊ tempore temporale. et in loco dieta: et altera talia Manifestum q non vtiq̄ erit commune quid vniuersaliter et vnum. Non em̄ vtiq̄ diceretur in omnibus predicamentis. sed in vno solo Amplius aūt q eoꝝ q̄ ſm vnā ydeā vna est et scia

Et bonorum omnium esset vtiqz quedam sci/
entia vna. nunc autem sunt multe. Et eorum
que sub vno sunt predicamento. vtputa tempo
ris. in bello quidem enim militaris. in egritu/
dine enim medicinalis. in laboribus autem ex
ercitatiua. Querit autem vtiqz aliquis quid. ⁊
volunt dicere per se vnum quodqz. si et in per se
homine. et in homine vna et eadem est ratio q̄
hominis. Scōm enim q̄ homo nihil differ/
ret. si autem sic. neqz ſm q̄ bonum. Sed neqz
quidem perpetuum esse magis bonum erit. sed
neqz magis quod diuturnius est eo quod vni
us diei. Probabilius autem videntur picta/
gorici dicere de ipo ponentes in bonorum co
ordinatione vnum. quos vtiqz et Leucippus
sequi videtur. Sz de bis alius fit sermo. His
autem que dicta sunt dubitatio quedam sub/
apparet. propter non de omni bono sermones
dici et fieri. Dici autem ſm vnam speciem que
ſm seipsa persecuta sunt et dilecta. factiua au
tem horum vel conseruatiua aliqualiter vel cō
trariorum prohibitiua propter quod et dici ⁊
ſm modum alium. Manifestum igitur quo/
niam dupliciter dicetur vtiqz bonum. et hec q̄
dem ſm seipsa. vtraqz autem propter hoc Di
uidentes igitur ab vtilibus que ſm seipsa in/
tueamur si dicantur ſm vnam ydeaz. Scōm
seipsa autem qualia ponet quis vtiqz vel que/
cunqz et solitaria persequuntur. vtputa scire ⁊
sequi nequaq̄ rectum non enim in his bene vel male. sed indiget his humana vita quem admodum diximus. Domine autem sunt que ſm virtutem operationes felicitatis contrarie autem contrarij. Testatur autem sermoni et quod tunc quesitum est. circa nihil enim sic existit humanorum operum constantia. vt circa operationes que sunt ſm virtutem permanentiores enim et disciplinis hec videntur eē earundem autem honorabilissime permanentiores propter maxime ꝛ maxime continuevi uere in ipsis beatos. hoc enīz assimilatur cause eius quod non est fieri circa ipsa oblīuones Existet autez vtiq̄ qō quesitū est felici et erit per vitam talis. semper enim vel maxime omnium operabitur ꝛ speculabitur que ſm virtutem. Et fortunas ferret optime ꝛ vtiq̄ omnino prudenter qui et vere bonus ꝛ tetragon⁹ sine vituperio. Multis autem factis ſm fortunam ꝛ differentibus magnitudine ꝛ parui tate parua quidem prosperitatū. Similit̄ autem et oppositoꝝ mām q̄ non faciunt inclinationē vite. Magna autē ꝛ multa facta quidez bene beatiorē faciunt vitā. eteīm hec concordare nata sunt. ꝛ vsus eorum bonus ꝛ studiosus fit. Econuerso autē accidentia tribulant ꝛ cō turbant beatū. tristicias eīm inferūt ꝛ impediunt multis operationibus. veruntamen ꝛ in his refulget bonum. Cū eīm vtiq̄ferat quis faciliter multa et magna infortunia non propter doloris insensibilitatē vilis existens ꝛ magnanimus. Si autē sunt operationes domine vite quēadmodum diximus: nullus itaq̄ beatoꝝ fiet miser. neq̄ eīm aliq̄n operabitur odibilia ꝛ mala. vt eīm vere bonum ꝛ sapientē omnes existimamus fortunas decenter ferre ꝛ existentibꝫ semp optima opari. quēadmodum exdatis ꝛ ducē bonū presente exercitu vti maxime bellicose et coriozuz inciſor est ex datis cōrijs optimum calciamentum facere. Eodem modo et alios artifices omnes. Si autem ita miser quidē nequaquā fiet vtiq̄ felix. neq̄ vtiq̄ beatus pre amicis fortunis incidet neq̄ vtiq̄ facile transmutabilis. Neq̄ ex felicitate mouebitur facile. neq̄ a contingētibus infortunijs sed a magnis et multis. et ex talibus nō vtiq̄ fiet rursus felix in paruo tēpore. sed si quidem in multo et perfecto magnorum et bonorū ꝛ ipso factus habundans. Quid igitur prohibet dicere felicem ſm virtutem perfectam operantem et exteriorib⁹ bonis sufficienter dictatum non contingit tēpore. sed perfecta vita vel apponendum et victurum sit et finiturum ſm rationē. quia futurum īmanifestum nobis felicitatem autem finem ꝛ perfectuz ponimus omnino Si autē ita beatos dicemus vīnētiū quibꝫ existunt ꝛ existent que dicta sunt. beatos autē vt homines. Et quidez igit̄ de his in tantū dictū sit. Pronepotē autē fortunas ꝛ amicoꝝ omniū nequaq̄ qdē pferre valde īamicabile videretur ꝛ opinionibꝫ contrariū Multas autē ꝛ omnimodas habentibꝫ differētias accidētibꝫ ꝛ his quidē magis redūdātibꝫ. his aūt minus ſm vnūqōq̄ quidē dūidere longū ꝛ infinitū videret. vniuersaliter aūt dictū ꝛ typo forsan vtiq̄ ꝛ sufficienter habebit Si vtiq̄ quēadmodū et circa ipsum fortunarū hequidem habent aliquod pondus ꝛ auxiliū ad vitā he autē leniores videntur. Ita ꝛ q̄ circa amicos similiter oēs. Differt aūt ꝛ passionū vna quaq̄ circa viuentes et mortuos contingere multomagis q̄ iniusta et mala preexistere in tragedijs vel fieri syllogisandum vtiq̄ et ita differentiā. Magis autē forsassis inquirendū circa eos qui defecerūt si bono aliquo cōicant vel oppositis. Videtur eīm ex his si et redun/

Questiones

dat ad ipsos quodcūq; siue bonū siue contra/rium fragile quoddā ⁊ parū vel simp̄r vel ip sis esse. Si aūt non tm̄ ⁊ tale vt faciat felices eos qui nō sunt. neq; his q̄ sunt auferat beati tudinē. Cōferre q̄dem igit aliq̄d videnť his q̄ defecerūt bone operatōes amicoꝝ: Sil'r autē et infortunia. talia aūt et tam magna vt neq; felices nō felices. necnon felices felices faciāt nec aliud taliū aliquod.

Queritur Utrum hō possit hic dici vere felix Arguitur primo q̄ non. q; felicitas est summū bonū ⁊ perfectissimū. sed tale bo/num nō p̄t haberi in hac vita. q; in hac vita hō est sub/iectus multis infortunijs et indigētijs. g̃ Secō sic. fe/licitas est status oīm bonoꝝ aggregatione pfectus. vt dt Boetius. sed nullus in hac vita p̄t sibi aggregare oīa bona. g̃. In oppositū est p̄bus in textu

Sciendum primo

Q; postq̄ p̄bs ostendit quid sit felicitas. ⁊ determiauit de cā felicitatis. Consequēter inq̄rit aliq̄s dubitationes de felicitate. ostendendo qualiter ⁊ p̄o quo statu possit hoībus p̄uenire. Et solū hic loquit p̄bs de felicitate p̄/sentis vite ad quā ex naturalib; principijs possumus p/uenire. Secō sciendū. q; Solon qui fuit vnus de sep/tem sapientib; qui condiderūt athenienſiū leges opinat' est neminem vere dici felicem nisi in termino vite sue. eo q; vita p̄sens est multum instabilis. felicitas aūt est bo nū stabile ⁊ immobile Sed hanc opinionē reprobat p̄bs primo sic. felicitas est summū bonū et pfectissimū. mors aūt est summus defectus. ergo in morte homo nō debet dici vere felix Secō sic. felicitas consistit in opatiōe mor tuus aūt non habet aliquā opationē. ergo non debet dici vere felix loquēdo de felicitate p̄ntis vite. q; p̄bs nō iten dit loqui de felicitate future vite Sed ad istas rationes responderi posset. q; Solon non vult dicere mortuuꝝ esse felicem cum moritur. sed quia post mortem homo est ex tra pericula et infortunia huius vite. ideo tūc p̄t dici q; sit vere felix Sed hanc rōnem excludit p̄bs duplicit Pri mo quia mortuū differt a viuis sicut non sentiens a sen tiente. ergo ea que possunt contingere homi non sentienti p̄nt contingere hominī mortuo. sed homini non sentienti puta dormienti p̄nt accidere multa mala infortunia. vt deportatio bonorum et alia huiusmodi. vel circa p̄priam p̄sonam. vel circa parentes. ergo ista possunt contingere mortuo. ⁊ p̄ cōsequens non est totaliter extra infortunia p̄ntis vite. si ergo ipso viuente non poterit dici felix. quia sit subiectus mutationib;. nec etiā p̄t dici post mortez fe lix. Secā rō est inconueniens est dicere aliquem fuisse feli cem de quo tm̄ nunq̄ dicebať vere q; esset felix. Nam om nis p̄positio de preterito vera habuit aliq̄n vnam de pre senti veram. sed nunq̄ de homine viuente fuit verū dice re q; sit felix. ergo neq; erit verum dicere de ipso q; sit felix ideo aliter soluit p̄bs p̄sentē questionem P̄o quo

versoris

Sciendū secūdo q; in iudicando aliquem esse felicem vel miserum non oportet insequi fortunam. alś felix esset mutabilis ad motum animalis illius quod vocatur ga maleon. quod mutat colorem fm colores diuersoꝝ cor/porum sibi oppositorum. sed oportet aspicere ad stabili/tatem virtutis. cum felicitas sit operatio eius. Item nota fm albertum q; gamaleon est animal quoddaz qō in se nihil potens est nisi in formicas quas devorat. ⁊ ad omnia alia ita mutabile est q; ex timiditate congelato spi ritu sensum amittit ⁊ motum

Conclusio prima

Virtutes et operationes virtutum inter omnia bo/na humana maxime permanent. Patet quia inter bona humana bona anime sunt permanentioza corporalibus sed virtutes sunt bona anime. ergo ⁊c. Et adhuc virtu tes sunt permanentiores scientijs. non tamen quātum ad materiam. cum scientia sit circa necessaria. sed c̄tum ad exercitium actus. Unde quia occurrit continua ma teria virtutis sicut vsus ciborum. collocutiones hominū et alia huiusmodi. ideo dicit philosophus q; hec est cau/sa quare circa virtutes non cito accidit oblivio. Exista questione sequitur q; felicitas est bonū stabilissimū. quia operationes ⁊ virtutes sunt stabilissime. felicitas autem est operatio virtutis. ergo ⁊c.

Conclusio secūda. licet felix sit subiectus multis in/fortunijs. non tamen ꝓpter hoc oportet ipsum a felicitate mutari. Patet q; felix cū sit firmatus in virtute. semper c̄tum est possibile sustinet omnia sibi aduenientia patiē ter. ergo ꝓpter infortunia nō mutať. licet em̄ felix ꝓpter ali qua infortunia tribulet. q; tm̄ illa patienter sustinet. ideo dicit q; est vir bonus ⁊ nō fm apparentiā. sed est sicut te/tragonū sine vituperio. Sicut em̄ tetragonus est corp' cubicū habēs sex superficies quadratas. ⁊ quocūq; mo/do p̄ticiať semp̄ stat rectus. ita etiā virtuosus semp̄ stat rectus ita q; nunq̄ flectiť ab optimo virtutis ꝓpter que/cūq; infortunia. non eo q; nō sentiat dolorem. sed q; suas passiones ⁊ dolores recta rōne regulat.

Conclusio tercia. licet felix felicitate vite presentis sit transmutabilis in non felicem. hoc tamen est cum magna difficultate. Primū patet. quia felix virtute actua po test mutari in vicium per defectum exercitij. potest etiaz felix perdere habitum virtutis contemplatiuū per obli/uionem. igitur ⁊c. Secunda pars patet. quia virtus (cu ius felicitas est opatio) est quidā habitus. sed habit' est difficulter mobilis. ergo ⁊c.

Conclusio quarta. nichil p̄hibet aliquem in p̄senti vita dici vere felicem. Patet quia ille potest dici vere fe/lix qui operatur fm virtutem perfectaz ⁊ habundat suf ficienter in bonis operibus. sez quātum sufficit ad opera tionem virtutis. non quidez in paruo tempore sed in vi/ta perfecta et per longum tempus. sed multi possunt eē tales in hac vita. ergo ⁊c. Ex dictis patet q; felicitas p̄/sentis vite non est penitus transmutabilis. nec excludit oīa mala. ideo dicit p̄bs q; in presenti vita multi possunt dici felices. nō simpliciter. sed vt hoies.

Dubitatur primo

Utrum fortune hominum redundāt in amicos. Di/citur em̄ primo q; fortune amicoꝝ redūdāt in alios aut/

cos. Patet quia nisi sic hoc esset contra rationem amicicie. Redundantia enim in aliquo est quedam vnio. ita q vnus amicus reputat illud suum quod est alterius. ergo bonum z malum vnius amici redundat in aliuz. Dicitur secundo. q fortune vnius amici non mutant aliuz amicum de felicitate in miseriam vel econtra. Patet qz fortune proprie non transmutant felicem. Si enim fortune sint magne sunt materia virtutis. si autem sunt pue pro nihilo reputantur.

Dubitatur secundo. vtrum fortune viuorum redundant in mortuos. Ad dubium dicitur primo. q fortune viuorum aliqualiter redundant in mortuos. Patet quia amici mortui aliqualiter attingunt presentem vitaz pro quanto manent in memorijs hominum et in fama populi. ergo fortune viuorum redundãt aliqualiter in ipsos mortuos Dicitur secundo q fortune viuorum multomagis redundant in amicos viuentes q̃z in mortuos Patet quia diuersimode attingunt presentem vitam. Unde magis differenter se habent iam presentialiter facta q̃z olim facta. quia in ipsis est differentia ex parte personarum. in alijs vero ex parte euentuum. Dicitur tercio. q illud quod ex viuis redundat in mortuos parum est z fragile. Patet quia solum attingit mortuos prout sunt in opinione vel memorijs hominum Ex quibus sequitur q fortune viuorum nõ mutant mortuos de felicitate in miseriam Rationes ante oppositum soluũtur ex dictis. Et hec de questione.

Determinatis autem his scrutemur de felicitate. vtrum laudabilium est vel magis honorabilium. manifestuz em̃ quoniaz potentiarũ nõ est. Videtur aũt oñe laudabile in quale quid esse z ad aliq̃d qualiter habere laudari. Justũ em̃ z virilẽ vniuersaliter bonũ z virtutẽ laudamus ꝓpter opera z actus z fortem z cursorẽ et aliorum vnũquẽq̃z in qualẽ quandã naturam esse z habere aliqualiter ad bonũ aliquod et studiosum. manifestũ est hoc z ex his que circa deos sunt. laudibus em̃ videnť ad nos relati. Hoc autẽ contingit quia sunt laudes per relationẽ vt diximus. Si aũt est laus talium manifestũ quoniã optimoz nõ est laus sed maius aliquid et melius. Quẽadmodũ videtur. deos em̃ beatificamus z felicitamus et virorum diuinissimos beatificamus. silr autẽ z bonorũ. nullus em̃ felicitatẽ laudat quẽadmoduz iustum. sed vt diuinius aliquid z melius beatificat. Videtur z Eudoxius bñ attribuisse de pmitijs voluptati Jn nõ laudari em̃ bonoz existentẽ nunciare existimat. quoniam melius est laudabilibꝫ Talẽ autẽ esse deum z pse bonũ. Ad hoc em̃ z alia referri laus q̃dez virtutis. opatores em̃ bonoz ab hac virtute laudant. laus aũt opeꝝ similr z corporaliũ z animaliũ. Sed hoc quidẽ forte magis ꝓpriũ certificare his qui circa laudes insudarunt. Nobis aũt manifestũ ex his q̃ dicta sunt. qm̃ est felicitas honorabiliũ z pfectorum. Videtur aũt ita habere z propter esse principiũ buius em̃ gratia reliqui omnia omnes opantur. Principiũ autẽ z causam bonoz honorabile quid et diuinũ ponimus.

Queritur Utrum felicitas sit de numero bonorum honorabiliũ vel laudabilium Arguitur primo q sit de numero laudabiliuz quia illud est laudandum quod deo attribuitur. sed attribuimus deo felicitatem. ergo felicitas est laudabilis. Secundo sic. propter quod vnũquodq̃z tale z illud magis. sed virtus laudatur propter operationem eius. cum ergo felicitas sit operatio virtutis erit laudabilis.

In oppositum est phs in textu.

Sciendum primo

q laus et vituperium debentur his que sunt in potestate nostra. z quoz nos sumus dñi. Et silr dõm est de honore q̃ ad nos. Dupliter em̃ differunt laus z honor. primo exparte illoz in quibꝫ existunt. q honor in pluribus exhibetur siue cõsistit. nam honor importat testimoniũ manifestãs excellentiã alicuius. siue sit q verba siue p signa vel p facta vt cum aliq̃s flectit genua vel assurgat ante alteꝝ Sz laus solũ consistit in verbis. z sic honor in plus se habet q̃z laus. Secundo differunt q̃tum ad id cui exhibentur vtrũq̃z em̃ exhibetur ꝓpter aliquam excellentiam. sed duplex est excellentia. quedaz est absoluta non ordinata ad aliq̃d aliud. sicut excellẽtia virtutis. z huic debetur laus Ex hac differentia patet. q illud est laudabile cuius bonitas ordinatur ad aliquid aliud. Et illud est honorabile cuius bonitas non ordinatur ad aliquid aliud. sed illõ est per se bonum.

Sciendum secũdo. q honor sic diffinitur. Honor est exhibitio reuerentie in signum virtutis: vel sic Honor ẽ reuerentia cum timore absq̃z sermone Sed reuerentia est resilitio in ꝓpriam virtutem z considerationem magnitudinis alicuius alterius Sed laus est signũ excellentie et virtutis signum factum p synonem. vel sic Laus est pconium ore alieno celebratum. Sed gloria est clara cum laude noticia Quibus positis ponitur

Conclusio prima

Capiendo laudem vt distinguitur ab honore felicitas non est de numero laudabilium Probaťr tribus rõnibus

Prima est. omne quod laudatur est ordinatum ⁊ relatū sed felicitas cum sit vltimus finis nō ordinatur ad aliud. ergo ipsius nō est laus sed aliquid melius. scz honor Secunda ratio. illud quod est optimū non est laudabile quia laus est eorum que sunt ad aliud. sed felicitas ē optimū. ergo nō est laudabilis. Tercio probatur auctoritate Hesiodi. q̄ posuerat felicitatē in voluptate dicens q̄ voluptas nō debet laudari. q̄ melior est cūctis laudabilib⁹

Conclusio secunda. felicitas est de numero bonoruz honorabilium. Probatur. quia omne bonum vel est laudabile vel honorabile. sed felicitas non est bonum laudabile vt probatum est. ergo est bonū honorabile. Secūdo probatur. quia p̄ncipium omnium bonaruz operationū humanaz est de genere honorabilium ⁊ nō solum de genere laudabilium. sed felicitas est huiusmodi cum sit finis omnium humanorum actuum. ergo est bonum honorabile ⁊ non laudabile.

Dubitatur primo

Vtrum honor sit de genere bonorum honorabiliū. Ad dubium breuiter respondetur. q̄ pro quanto honor habet rōem finis est honorabilis. Sed quia non est simpliciter vltimus finis cum queratur propter aliud non est simliciter honorabilis sicut felicitas.

Dubitatur secundo. vtrum laudes sint eodem modo accipiende circa virtutes corporis et circa virtutes anime. Respondetur q̄ non. quia ad laudem virtutis anime sufficit q̄ aliquis bene se habeat ad proprium actum virtutis. quia bonum hominis consistit in illo actu. Sz virtutibus corporis nō sufficit q̄ aliquis bene se habeat ad actum proprium illius virtutis corpalis. puta ad curtendum ad luctandum ⁊c. quia in his non cōsistit bonū hominis. potest eñ aliquis currere propter malum. sicut inuasor vel depredator. Ideo philosophus loquens de laude virtutum anime dicit. q̄ aliquis laudatur propter actus ⁊ operationes. Sed ipse loquens de virtutib⁹ corpalibus dicit. q̄ aliquis laudatur in ordine ad aliquod bonum et studiosum.

Ad rationes

ante oppositum. Ad primam dicit. q̄ nos laudamus deum propter bona opera que facit nobis. Et sic illa laus est eorum que sunt ad aliud Ad secundam dicitur. q̄ illa regula solum habet veritatem vbi predicatum dicitur de ambobus subiectis. sed vbi nō dicitur de ambobus subiectis non tenet. Sicut non sequitur. terra est calida propter solem. ergo sol est magis calidus. Sed bene sequitur. ergo in sole est aliquid dignius calore. scz lumen. Nec̄ sequit. media sunt vtilia propter finem. ergo finis est magis vtilis. Sed bene sequitur q̄ aliq̄d excellentius est fini attribuendum. scz honestum

Si autem felicitas operatio est quedaz ſm virtutem perfecta. de virtute scrutandum est forte enim vtiq̄ ita melius et de felicitate cōtemplabimur. Videtur autem ⁊ ſm veritatez ciuilis circa hanc maxime insudare. vult ⁊ ciues bonos facere. ⁊ legum obauditores. Exemplum autem horum habemus eretensium lacedemoniorum legislatores. etsi qui alijs tales facti sunt. Si vero politice est perscrutatō hec. manifestum quoniam fiet questio ſm eam que a principio electionem. De virtute autem perscrutandum humana videlicet. etenim bonum humanum querebamus ⁊ felicitatem humanam. Virtutem autem dicimus humanā non eam que corporis. sz eam que anime. sed et felicitatem anime operationem dicimus. Si autem hec ita habent manifestum quoniam oportet politicum scire aliqualiter que circa animam. quemadmodum et eum qui oculos curat ⁊ omne corpus. et magis quanto honorabilior et melior politica medicinali. Sed et medicorum excellentes multa negociantur circa corporis cognitionē contemplandū ita ⁊ q̄ et ciuili de anima. Contemplandū autē horum gratia et inquantū sufficienter habet ad quesita. Jn plus eñ certificare operosius forte est propositis. Dicuntur aūt de hac ⁊ in exterioribus sermonibus sufficiēter quedā ⁊ vtē dum ipsis. puta hoc quidē eñ irrationale ipius esse hoc vero rationē habēs. Hec aūt vtrū determinata sunt quēadmodū corpis particule et oñe diuisibile vel ratione sunt indiuisibilia apta nata quemadmoduz in periferia curuum et concauuz nihil differt ad presens. Jrrationalis autem hec quidem assimilatur cōmuni ⁊ plantatiuo. dico aūt causaz eius quod est nutriri et augeri. Talem eñ anime virtutē in oñibus que nutriuntur ponet aliquis vtiq̄ et in embrionibus eandē vtiq̄ hanc ⁊ in imperfectis. rōnabilius eñ q̄ aliquā aliā Hec quidē igit cōis virtus quedā ⁊ nō humana appetitiua videtur eñ in somnis opari maxima pticula hec et virtus. bonus aūt ⁊ malus nequaq̄ manifesti sunt ſm somnū. Vñ dicūt nihil differre ſm dimidiū vite felices a miseris Cōtingit āt hoc

decenter. Quies em̄ est somnus anime ſm q̄ dicitur studiosa et praua. Ueruntamen si quo paulatim pertranseunt quidem motuum. ꝛ ita meliora fiunt fantasmata studiosorum q̄s quorumlibet. Sed de hijs igitur sufficienter ꝛ nutritiuum igitur relinquendum. quoniam humane virtutis expers innata est. Uidetur vtiq; et alia quedam natura anime irrationabilis esse participans quidem ratione aliqualiter. Incontinentis enim ꝛ continentis rationem habens laudamus. Recte enim et ad optima deprecatur ratio. Uidetur autem in ipsis aliud quidem preter ratōnem innatam esse quod aduersatur et obuiat ratōni firmiter em̄ quemadmodum dissolute corporis particule in dexteram prelegentium mouere in sinistrā praue feruntur et in anima sic ad contraria em̄ motus incontinentium. Sed in corporibus quidem videmus q̄ peruerse motuz est. in anima vero non videmus. forsassis autem nihilminus et in anima existimandū esse aliquid p̄ter rationem contrariās huic et obuians qualiter aūt alterum nihil differt. Ratione autem et hec videtur participare quēadmodū dixim⁹ obedit igitur rationi quod continentis. Amplius autez forsitan subiectius est quod sobriū ꝛ fortis. oīa em̄ consonant rationi. Uidetur vtiq; et irrationabile. Dupliciter plātatiuum quidē em̄ nequaq̄s communicat ratione. Concupiscibile vero et vniuersaliter appetibile participat aliqualiter ſm q̄ exaudibile est ei ꝛ obaudibile. Ita vtiq; et patris et amicorum dicitur habere rationem ꝛ non quemadmodum mathematicorū. Quoniam suadetur aliqualiter a ratione ratōnabile nūciat ꝛ suasio ꝛ oīs increpatio ꝛ deprecatio. Si aūt oportet ꝛ hoc dicere habere rationem duplex erit et habēs rationem hoc quidem principaliter et in seipo hoc aūtē quemadmodūa parte audibile aliq̄d. Determinat aūt virtus ſm differentiā hec dicimus em̄ harum has q̄dem intellectuales has autem morales sapientium quidem et intellectum et prudentiam intellectuales. liberalitatem autem ꝛ sobrietatem morales. Dicentes em̄ de moribus non dicimus quoniā sapiens ꝛ intelligens: sed quoniā mitis vel sobrius laudamus aūt ꝛ sapientē ſm habitū. habituū aūt laudabiles virtutes dicimus.

Queritur decimotercio. Utrum appetitus sensitiuus aduersēt rationi.

Arguitur primo q̄ non. q̄ vt habetur in textu. appetitus sensitiu⁹ natus est audire rōnem et sibi obedire. ergo non aduersatur rōni. Secundo sic. ratio dominatur appetitui sensitiuo. vt habetur primo politice. ergo appetit⁹ sensitiuus non aduersatur rationi. In oppositum est philosophus in textu

Sciendum Est q̄ postq̄s philosoph⁹ determinauit de felicitate. consequenter determinat de virtutibus. Et primo probat q̄ ad moralē spectat determinare de virtute. ꝛ hoc duplici rōne. Prima est: cuius est cognoscere finem. eius est cognoscere media ad illū finem. Sed moralis est cognoscere felicitatem. g̃ eius. est cognoscere virtutes. que sunt media ad felicitatem. Scōa ratio. politicus maxime studet et laborat circa virtutem. quia intendit facere ciues bonos ꝛ legibus obedientes. Sed cōsideratio p̄sentis scientie ptinet ad politicā. q; in hac scientia traduntur principia politice. g̃ ad hanc sciam ptinet cōsiderare de virtute non tm̄ de qualibet. sed de virtute humana que est virt⁹ aie. Ex iſtis infert phs. q̄ ad moralem spectat cognitio. aie non tm̄ qualitercunq̄s. sed q̄tum sufficit ad ꝓpositum. Primam ptem probat phs. quia sicut se habet medicus ad considerandū de corpore cuius sanitatem inq̄rit. sic se habet moralis ad considerandū de aīa cuius virtutē inq̄rit. sed medicus considerat corpus. ergo ꝛ moralis considerat aīam. Scōam ptem probat phūs: q; determinare de aīa pluſq̄s requirat presens intentio esset oposius illius q̄s requirat presens negotium Aduertendum q̄ tres sunt ptes aie: Una est vegetatiua seu plantatiua. alia est sensitiua ꝛ alia intellectiua Et ſm hoc triplex est appetitus: scz naturalis. sensitiuus. et intellectiu⁹. Et sensitiuus dividit in trascibilē ꝛ concupiscibilem.

Conclusio prima

Potētia vegetatiua non est hūana. neq; nata est obedire rōni. Prima pars pz. q; sola potētia dr humana que est aliquo modō ꝓpria homini. Sed ista pars est cōis oīb⁹ viuentib⁹. ergo non est hūana. Scōa rō. textus. illa potentia nō ē humana que maxime operatur in sompnis. sed vegetatiua est huiusmodi. quia recurrente calore naturali ad interiora dum aīal dormit digestio melius celebrat. ergo illa potentia non est humana. Ideo prouerbialiter dicitur. q̄ felices non differunt a miseris nisi ſm diuidiū vite quod est sompnus quia in sompno illa pars quiescit ab operatione ſm quā homo dicitur bonus vl malus

Questiones

In supmo em̄ ligatur iudiciū rōis ⁊ sepantur sensus exteriores. opatur em̄ fantasia ⁊ vis nutritiua. Contingit tm̄ per accūs q̄ bonus ⁊ malus in supmo differāt nō ꝓpter dr̄am cozū que fit in dormiendo. sed ꝓpter dr̄am que fit in vigilando. inquātum scz q̄dam motus vigilantiuz paulatim ptranseunt ad dormientes. put scz ea que audiuit vel vidit vel cogitauit aliqs vigilādo occurrūt fantasie. Et p hunc modū in dormiendo fiunt meliora fantasmata virtuosoz̄ qui occupāt circa honesta q̄z quozūdam aliozum. q̄ occupant se vanis ⁊ inhonestis. Ideo bonus somniat de bonis operib⁹. ⁊ prauus de malis. ⁊ sic p hoc differunt. Scda pars conclusionis patet. quia pars vegetatiua nō est humana vt patuit. ⁊ per consequens non est particeps virtutis humane. neq; nata obedire rationi Conclusio secunda. pars sensitiua aliquo modo nata est aduersari rationi. ⁊ aliquo modo obedire. Et similiter appetitus sensitiuus. probat philosophus per ea que accidunt circa continentem ⁊ incontinētem. Quia continens licet habeat malas concupiscentias. nō tamē insequitur eas. sed ratio ipsas expellit. Sed incontinens mouetur ad contraria eozum que ratio eligit nec se tenz in ratione. ergo in homine est aliquid q̄ contrariatur rationi. ⁊ etiam sibi obedit. vt est appetitus sensitiuus. Itē probatur conclusio quo ad secūdam partem. quia in virtuoso omnia consonant rationi. eo q̄ ex frequenti operatione appetitus sensitiuus est subiectus rationi. Ergo pars sensitiua est nata rationi obedire. Tercia pars patz quia sensus fertur in bonum p̄sens ⁊ particulare. Ratō vero in bonum vniuersale. sed multoties particulare bonum obuiat bono vniuersali. ergo appetitus sensitiuus aduersatur rationi. Ex dictis sequitur q̄ duplex est rōnale. scz rationale per essentiam. ⁊ rationale per participatōnem. Sequitur vlterius q̄ in homine est aliquid irrationale simpliciter. scz pars vegetatiua. Et aliquid simpliciter rationale. s. pars intellectiua. Et aliquid quodammodo rationale. s. appetitus sensitiuus qui dicitur rationalis per participatōem qui non totaliter obedit rationi. Ideo dicitur q̄ duo primi motus appetitus non sunt in potestate nostra. ideo s̄m eos non laudamur neq; vituperamur. Ex dictis sequitur q̄ duplex est virtus humana. scz moralis que perficit appetitum. ⁊ intellectualis q̄ perficit rationem. Sapiētia em̄ intellectus ⁊ prudētia vt habet textus dicūtur esse virtutes intellectuales. Sed liberalitas ⁊ sobrietas dicuntur morales. Et hoc probat textus per laudes humanas. quia cū volumus aliquez laudare de suis moribus nō dicimus q̄ sit sapiens ⁊ intelligens. sed q̄ sit sobrius ⁊ mitis. Nec solum laudam⁹ aliquem de moribus. sed etiam laudamus propter habitum scientie vt habet textus. Habitus aūt laudabiles dicūtur virtutes. q̄ ꝓter virtutes morales sunt aliq̄ intellectuales. sicut sapiētia intellectus ⁊ hm̄oi

Ad rationes ante oppositum. Ad primam dr̄. q̄ sicut appetit⁹ natus est obedire rōi. ita natus est sibi aduersari. Ad secdam dr̄. q̄ rō non dr̄atur sensitiuo appetitui taliter; q̄n posset esse inobedientia seu rebellio. sicut filius nō sp obedit patri. licet debet obedire. Unde ratio nō dominat⁹ appetitui sensitiuo principatu dispotico. Sed ꝓncipatu politico ⁊ regali de q̄bus dictum est superius Et hoc de primo libro ethicozum Aristotelis.

versoris



Uplici autem virtute existente. hac quidem intellectuali. hac aūt morali. Ea quedam que intellectualis plurimū ex doctrina habet ⁊ generatōem et augmentum. Ideo experimento indiget ⁊ tempore. Moralis vero ex more fit. vñ et nomen habuit parū declinans a more. Ex quo ⁊ manifestū quoniā neq; vna moraliū virtutum natura nobis insit. Nullum em̄ existentium natura aliter assuescit. puta lapis natura deorsum latus nō vtiq; assuescet sursum ferri. Neq; si decies millies assuescat q̄s eū sursum iaciens. neq; ignis deorsuz. neq; aliud aliq̄d eorum que aliter innata sunt. aliter vtiq; assuescz Neq; igit natura. neq; pter naturā insunt virtutes. sed innatis quidem nobis suscipere eas pfectis aūt per assuetudinem.

Circa secūdum librum

Ethicozum Aristotelis queritur primo Utrum ꝑtutes morales insunt nobis a natura Arguit primo q̄ sic. q̄z illud ineest nobis a natura quod ꝓcedit a naturalib⁹ ptēt̄ijs. scz virtutes st̄ hm̄oi. q̄. Scdo sic. agēs pfectū pficit opus q̄d incepit. sed natura est agēs pfectū ⁊ inchoat virtutes. q̄ pficit eas. ⁊ p cōs complete insunt nobis a natura. In oppositum est phs in textu. Pro resp̄sione.

Sciendum primo. q̄ post q̄ phs in primo libro posuit quedam preambula ad virtutem. Cōsequenter incipit determinare de virtutib⁹. Et primo determinat de ipsis virtutibus. ⁊ deinde de q̄busdam ꝓsequētib⁹ ad virtutē. ⁊ hoc in septimo libro. Et determinādo de virtutib⁹ primo determinat de moralibus. secdo de intellectualib⁹. ⁊ hoc in sexto. Cuius ordinis rō est. q̄ ꝑtutes morales st̄ nobis magis note. ⁊ p eas disponimur ad intellectuales. Determinādo autē d̄ moralib⁹ primo determinat de eis q̄ ꝓueniūt ipis in cōi

Scđo determinat de vnaquaq; virtute morali in speciali. Et hoc in fine tercij libri Sciendū secundo. q; virtus intellectualis generatur ⁊ augetur ex doctrina. Cuius ratio est. quia virtus intellectualis ordinatur ad cognitionem que magis acquiritur ex doctrina q̄ ex inuentione. eo q; plures possunt virtutem cognoscere addiscendo ab alijs q̄ per se inueniendo. oportet tamē homines multa cognoscere q; se inueniendo cum non procedatur in infinitum Et quia oīs cognitio nostra oritur habet a sensu ⁊ ex multotiēs sentire fit experimentū. Ideo cōcludit phs q; virtus intellectualis indiget experimēto longi tēporis. Virtus aūt moralis fit ex more ⁊ ꝓsuetudine Cuius rō est. q; virtus moralis est in pte appetitiua. ⁊ sic importat inclinatōem ad aliquid appetibile. que quidez inclinatio vel est a natura inclinante in id quod est sibi conueniens. vel ex ꝓsuetudine que ꝓsequitur ipam naturaz. Et inde est q; nomē virtutis moralis sumit a more. i. cōsuetudine. q; habet nomē parū declinās a more Sciēdum tercio. q; fuit diuersitas pīorum circa naturam formarum corpaliuz. dā quidā dixerūt eā totaliter esse ab extrinseco vt platonici. Alij totaliter ab intrinseco dicētes oīes formas esse in materia fm actū. sed latent nos ꝓter quod dicebant a gentia naturalia solum inducere formas de occulto ad esse manifestū. sicut fabri ducunt ferrum in rubiginē. Alij vero posuerunt ptim esse ab extrinseco. ⁊ ptim ab intrinseco. vt Aristoteles ⁊ sui sequaces. Sic etiam fuit diuersitas in positōe sciarum ⁊ virtutuz. quia quidā dixerunt eas totaliter ee ab intrinseco. ⁊ q; p studium ⁊ exercitiū solum remouebant impedimēta impedientia aiam. ne p eas opinar. Ideo dicebāt q; nostrū addiscere nō est nisi p reminiscī. Alij posuerūt totaliter ab extrinseco ⁊ esse q̄dā dona deoz. Alij posuerunt ptim ab extrinseco ⁊ ptim ab intrinseco. ⁊ hec positio verior est

Sciendum quarto q; aliq̄d pōt esse a natura dupliciter Uno mō a natura indiuidui. alio mō a natura spēi. Et dr aliquid esse a natura spēi. qđ actui cōuenit fm formā cū vniquodq; sortiat̄ spēm a forma. Et illud est a natura indiuidui quod alicui ꝓuenit p materiā. q̄ eadem materia est ꝓncipium indiuiduatōis. Uerū est tū q; ois habitus disponēs ad opatōem. primo est ipsius forme. ⁊ scđo corporis. p quāto bona dispositio corpis iuuat animam ad expedite exercēdum suas operatōes. Et adhuc vtro q; mō aliquid pōt dici a natura dupliciter. Uno mō imperfecte. vt quādo aliquid est in alio vt in potētia ⁊ in virtute. In potentia scz quo ad causalitatem cause materialis. Et in virtute quo ad causalitatem cause efficientis vel formalis. sicut si ponatur inchoatio forme in subiecto Alio modo fm esse ꝓpletum ⁊ perfectum. vt cū aliquid habet esse in actu ⁊ formaliter

Conclusio prima

Virtus inest nobis a natura tā spēi q̄ indiuidui fm esse imperfectum ⁊ inchoatū. Probat̄. q; nobis inest bona inclinatio naturalis ad bonū. vtputa q; nulli est nocēdum. et q; bonum est faciendum. Etiā sunt ꝓncipia iuris q̄ nullus ignorat. Sunt tamen quidam homines fm complexionem corporis magis dispositi ad vnum q̄ ad aliud. propter quod sunt aliqui quasi a natura temperati. Alij sunt quasi fortes. alij quasi liberales. ⁊ sic de alijs Sed quia hec principia sunt vniuersalia. et operatio est circa singularia: necesse est hec principia applicari ad particularia. In qua applicatione est multus error ideo non sufficiunt hec principia ad recte viuenduz Sz per studium et exercitium oportet hominem habituari vt recte viuere possit.

Secunda conclusio. virtutes morales et intellectuales non insunt nobis a natura complete et perfecte Probatur rationibus philosophi. Prima est. nihil eorum est a natura que variatur per assuefactionem ⁊ consuetudinem. Sed in his que pertinent ad virtutes consuetudo aliquid facit. ergo virtutes nō insunt nobis a natura fm esse completuz et perfectum. Maiorem probat philosophus per exempla. quia cuz lapis naturaliter feratur deorsum quantumcumq; proiciatur sursum nullo modo assuescit moueri sursum. Et similiter diceretur de igne et omnibus hijs que naturaliter mouentur. Secunda ratio. in omnibus que sunt a natura potentia prior est q̄ operatio quod patet in sensibus. quia ex multotiēs videre non accipimus visum. sed econtra. dum habemus sensum visus multotiens videre possumus. Sed operationes precedunt habitum virtutis. eo q; operando fm virtutem efficimur virtuosi. sicut cytarizando cytharizte ergo virtutes non insunt nobis a natura complete ⁊ perfecte. Tercio probat philosophus per signa. quia legislatores per precepta et penas assuefaciunt ciues ad virtuose operandum. Et legislatores qui hoc non faciunt peccant. Et differt horum ciuilitas. et legislatio a recta legislatione fm differentiam boni et mali

Ad rationes

ante oppositū Prima soluō est ex dictis Ad secundam dicitur q; licet quandoq; agens naturale perficiat opus quod incepit. tamen sine virtute nō non oportet de agente per cognitionem. eo q; tale agens agit fm q; congruit sibi. Et etiam fm q; congruit effectui. Modo enim congruum est q; homo per intellectuz acquirat scientiam et virtutem et aliquo modo seipsum perficit.

Adhuc quecunq; quidem natura nobis aduenīunt potentias bonum prius ferimus. Posteriores autem operationes bonum reddimus. quod in sensibus manifestum. Non enim ex multociens videre: aut ex multociens audire accipimus. sed econuerso habentes vsi sumus non vtentes habuimus. Uirtutes autem accipimus operantes prius quē admodum et in alijs artibus. que enim oportet discentes facere. hec facientes discimus puta edificantes fiunt edificatores: et cythariſantes cytharistę: Sic autem et iusta quidem operantes iusti efficimur . temperata autem temperati. fortia vero fortes. Testatur autē ⁊ quod fit in ciuib9 legislatores em̄ ciues assuefaciētes faciunt bonos. et volūtas q̄dez

cuiuslibet legislatoris hec est. Quicunq; ve/
ro hec non bene faciunt peccant. et differt bo
rum ciuilitas a ciuilitate. vt bona a mala Ad
huc ex eisdem et per eam. et fit omnis virtus
et corrumpitur. similiter autem et ars. Ex cy/
thariſare enim et boni et mali fiunt cythariſte
proportionabiliter autem et edificatores ⁊ re/
liqui omnes. Ex bene quidem edificare boni
erunt edificatores. ex male autem mali Si em̃
non sic haberet nihil vtiq; opus esset docēte.
sed oēs vtiq; fierent boni ⁊ mali. Sic vtiq;
et in virtutibus habet. Operātes em̃ que in cō
mutatiōibus que sunt ad homines efficimur
hij quidem iusti. hij autem iniusti. Operantes
aūt que in particulis ⁊ assueti timere vel con/
fidere. hij quidem fortes. hij aūt timidi. Sil'r
aūt ⁊ que circa ꝓcupiscētias habēt ⁊ iras. hij q̄
dem em̃ temperati ⁊ mites fiunt. hij aūt intem
perati ⁊ iracūdi. hij quidē ex sic in eis conuersa
ri. hij aūt ex sic ⁊ omnino ⁊ vno vtiq; sermone
et similibus operationib̄ habitus fiunt. Propter quod oportet operationes quales reddere
ſm̃ harum em̃ differētias sequuntur habitus
Non parum igitur differt sic vel sic ex iuue/
ne confestim assuesci. sed multum autem oīe
Quoniam igitur presens negocium non con/
templationis gratia est quemadmodum alia.
non enim vt sciamus quid est virt9 scrutamur
sed vt boni efficiamur. quia nullum vtiq; esset
proficuum eius. Necessarium est scrutari ea q̄
circa operationes qualiter operandum est eas
hec enim sunt domine. et huiusmodi quales
fieri habitus quemadmodū diximus Scōm
quidem ergo rectam rationem operari com/
mune et supponatur. dicetur autem et poste/
rius de hoc et quod est ratio recta et qualiter
habet ad alias virtutes. Illud autem precon
fessum sit. quoniam oīs qui de operabilib̄

est sermo) typo et non ſm certitudinem debet
dici: quemadmodum et in principio diximus
quoniam sermones ſm materiam sunt expe/
tendi: Que autem in operationibus et qua cō
ferentia nihil stans habet: qnemadmodu3 ne
q3 sana tali autem existente vniuersali sermo/
ne adhuc magis (que de singulis sermo) non
habet certitudinem. neq3 enim sub arte neq3
sub ratione aliqua cadit. Oportet autem ip/
sos semper operantes ea que ad tempus in/
tendere quemadmodum et in medicinali ha/
bet in gubernatiua Sed quamuis existen/
te tali presente sermone temptandum auxilia
ri. Primum igitur speculandum quoniam ta
lia innata sunt ab indigentia et superbabun
dantia corrumpi. Oportet enim de manife
stis. manifestis signis et testimoniis vti. quē
admodum in fortitudine et sanitate videmus
superbabundantiam enim gignasia et defici
entia corrumpunt fortitudinem. Similiter
autem et potus et cibi. Amplius et minus
effecti corrumpunt sanitatez; que autem com
mensurata sunt faciunt et augent et saluant.
Ita et in temperantia et fortitudine habet et
aliis virtutibus. Qui enim omnia timet et fu
git et nihil sustinet timidus efficitur. et qui
nihil omnino timet. sed ad omnia vadit au/
dax. Similiter autem et qui omni voluntā/
te potitur et neq3 ab vna recedit intempera/
tus est: qui autem omnes fugit quemadmo/
dum agrestes insensibilis: Corrumpitur eni3
temperantia et fortitudo a superbabundantia
et defectu. a medietate autem saluatur. Sed
non solum generationes et augmentationes
et corruptiones ex eisdem et ab eisdem fiunt.
sed et operationes in eisdem erunt. Eteniz in
aliis manifestioribus ita habet puta in forti/
tudine. fit em̃ ex multum cibum sumere et mul

tos labores sustinere. et maxime potest hoc facere fortis. Ita autē et in virtutibus. Ex recedere eñ a voluptatib⁹ efficimur temperati. ⁊ effecti maxie possum⁹ recedere ab ipsis. Similiter autē et in fortitudine assueti eñ cōtemnere terribilia et sustinere ipsa efficimur fortes et effecti fortes maxime poterimus sustinere terribilia

Queritur. Utrū virtus moralis ex operationibus possit generari.

Arguitur primo q̄ non. quia agens inquātū agens non est receptiuū. ergo ex actione agentis in agente nichil generatur. quia idem esset agens ⁊ patiens respectu eiusdem. ergo ⁊c. Secūdo sic. si sic. tūc idem esset in actu ⁊ in potentia respectu eiusdem. q̄ fm q̄ agit est in actu. et fm q̄ aliquid fit in eo est in potetia. ergo ⁊c. Tercio sic. agens est nobilius passo. sz virtus nobilior est operatio p̄cedens virtutem. ergo ex tali opatiōe nō generat virt⁹

In oppositum est p̄hus in textu

Sciendum primo

Q̄ postq̄ p̄hus ostendit q̄ virtutes non insunt nobis a natura. Consequēter ostendit q̄ ex operationib⁹ generantur ipse virtutes. et ex quib⁹ et qualibus operationib⁹ et quō q̄ operationes generantur. Vnde dicit q̄ eadem sunt principia ex quib⁹ diuersimode captis fit et corrumpitur omnis virtus. Quod probat per simile in artificialibus. quia cytharistę cytharisando fiunt cytharistę. et bene cytharisando boni cytharistę. ⁊ male mali. Et edificando fiunt edificatores. et ex bene edificando boni edificatores. et ex male mali. Ita similiter ex bonis opib⁹ generatur virtus. ex malis autē generantur vitia Ideo cōcludit p̄hus q̄ ex similib⁹ operib⁹ vniuersaliter fiūt sibi habitus. Ex hoc infert p̄hus q̄ oportet studiū adhibere ad opatiōes quas aliquis facit. quia fm differentiā operum sequūtur differentie habituū. Vltra infert p̄hus q̄ non parū differt. imo multū iuuenez assuescī bene vel male operari. quia quasi tota vita posterior ex isto dependet

Sciendū scdo q̄ nō ex vnica operatiōe in nobis generat virtus. sicut ex vnica demonstratiōe ex intellectu generat scientia. Cuius rō est. q⁊ intellectus possibilis in q̄ recipit scia semp est in vltima dispōne ad recipiēdū sciaz et sic ex vnico actu p̄t in eo generari scia. sed appetit⁹ sensitiuus nō est totaliter dispositus ad virtutez. sed fertur in bonū. p̄riū q̄ obuiat rōi. Ideo ex vnico actu nō omnino determinat a rōne taliter vt prompte obediat rōni ideo ex vnico actu non p̄t generari virtus moralis. q̄ est subiectiue in appetitu sensitiuo

Sciendū tercio q̄ presens negotiū non est gratia contemplationis sicut scientie speculatiue. quia nos non querimus hanc sciam neq̄ quid sit virtus solū vt sciamus. sed vt boni efficiamur. q⁊ parum .pficeret cognitio eius sine alio. cum sit circa p̄tingentia. Ideo necesse est pscrutari circa operationes nostras qualiter sint faciende. eo q̄ ipse sunt differentie virtutis. sic q̄ ex diuersitate illaruz generantur habitus boni vel mali. Ex isto infert philosophus q̄ ad hanc inquisitionem oportet presupponere tā q̄ aliquid p̄mune q̄ operatio hominis est bona fm q̄ est fm rationem rectam. mala vero q̄ repugnat rōni recte Oportet etiam supponere q̄ omnis sermo (qui est de operibus nostris. sicut est iste) debet tradi typo. id est figuraliter et exemplariter. quia sermones sunt recipiendi fm materiam subiectā. sicut dictū est p̄us. modo sermo moraliū in vniuersali est incertus. et adhuc magis est incert⁹ si fiat descensus ad singularia ⁊ in speciali. quia talia nō cadunt sub arte ⁊ scientia. Et non obstante tali icertitudine adhuc p̄hus aggreditur determinationem de moralib⁹ in vli. vt aliq̄ auxilium cōferat hominib⁹ p q̄ō in suis operib⁹ dirigantur.

Conclusio prima

Operatiōes generatiue virtutis nate sunt corrumpi ex suphabūdantia ⁊ defectu. Patet per simile in virtutib⁹ corporis. quia fortitudo corporalis corrūpitur ex suphabundantib⁹ ⁊ deficientib⁹ gignasijs. id est quibusdā exercitijs corporalib⁹ quib⁹ aliqui certant adinuicez. Similiter si aliquis nimis sumat de potu ⁊ cibo. vl minus q̄ oportet corrūpitur eius sanitas ⁊ recta mensura. Si aliq̄s vtatur exercitijs in eo generabitur fortitudo corporalis et sanitas augebit. Et ita p̄portiōabiliter p̄tingit de virtutib⁹. q⁊ ille qui oia timet ⁊ fugit efficit timidus. sed qui nihil timet ⁊ ad oia vadit pericula efficitur audax. Et qui potitur qualibet voluptate a natura recedit ⁊ efficit intemperatus. qui omnino vitat (sicut faciūt agrestres) fit insensibilis Ex ista p̄clusione sequit q̄ virtus similes opationes .pducit hijs ex quib⁹ generat. Probat p̄hus p̄ simile in virtutib⁹ corporalibus. q̄ sunt nobis notiores virtutib⁹ aīe. Nam per multos labores sustinere fit hō fortis. et quando factus est fortis p̄t ista maxime facere. Ita etiā in virtutib⁹ aīe recedendo a voluptatib⁹ fit hō tēperatus. ⁊ ipse factus tēperatus maxime p̄t recedere a voluptatib⁹ ⁊ facere opa temperata.

Conclusio secūda. ex operationib⁹ generatur virtus Patet p̄ simile in artib⁹. q⁊ hoīes cytharisando fiunt cytharistę. ⁊ edificando edificatores. ergo iusta operantes fiunt iusti. ⁊ fortia fortes ⁊c.

Ad rationes ante oppositum. Ad primā et secūdam dr q̄ in generatiōe virtutis rō est p̄ncipiū actiuū. ⁊ appetitus sensitiuus passiuū. ⁊ est in potentia ad habitū. nec est inconueniens idem esse agens ⁊ patiens in actu ⁊ in potentia fm diuersa. Ad terciam dicitur q̄ licet operatio p̄cedens virtutem nō producat illū habitum virtute .p̄pria. tamen ipsum producit virtute rectitudinis rōnis q̄ q̄dem rectitudo rōnis pfectior est q̄ virtus.

Signum autem oportet facere habituū su peruenientē voluptatem vel tristiciaz operib⁹ Quicunq̄ eñ recedit a corporalib⁹ voluptatibus et hoc ipo gaudet temperatus. qui autem tristat intēperatus. et qui sustinet pericula ⁊ gaudet vel non tristatur fortis. qui aūt trista/

tur timidus. Circa voluptates enim ⁊ tristi/
cias est moralis virtus. Propter voluptatem
q̄dem em̄ mala operamur. propter tristiciam
autem a bonis recedimus. propter qō oportz
duci qualiter confestim ex iuuenibus vt plato
ait. quare et gauderez tristari in quib⁹ oportet
recta em̄ disciplina hec est. Adhuc autē si vir
tutes sunt circa actus ⁊ passiones. omni autē
passioni ⁊ omni actui seq̄tur delectatio et tri/
sticia. ⁊ propter hoc vtiq; erit virtus circa de
lectationes et tristicias: Demonstrant autem
et pene facte p̄ hoc medicine em̄ quedam sunt
medicine autem p̄ contraria innate sunt fieri.
Adhuc sicut p̄ius diximus omnis anime ha
bitus a quibus innatus est fieri deterior ⁊ me
lior. Adhuc ⁊ circa hoc naturam habet. prop
ter voluptates ⁊ tristicias prauí fiunt in perse
quendo has ⁊ fugiendo: vel quas non oportet
vel quando non oportet. vel vt non oportz. vl
qualitercunq; aliter a ratione determinatur.
Idcoq; determinant virtutes impassibilita/
tes quasdam ⁊ quietes. Non bene autē quo/
niam simpliciter dicunt. sed vt non oportet. et
q̄n̄ non oportet. ⁊ quecūq; alia apponuntur.
Supponit ergo virtus esse talis circa volup
tates et tristicias optimoz operatiua. malicia
autem contrarioz. Fiet autem vtiq; nobis ex
his manifestū adhuc de eisdem. tribus em̄ exi
stentib⁹ que circa electiones ⁊ trib⁹ que in fugi
bono conferente delectabili. ⁊ trib⁹ cōtrarijs
malo nociuo tristi. circa hec q̄dem omnia bo/
nus directiuus est malus autem peccans. ma
xime autem circa delectationē cōmunis enim
hec animalib⁹ et omnib⁹ q̄ sunt sub electione
assequūtur. Et em̄ bonum ⁊ conferens delec
tabile q̄dem videt. Adhuc aūt ex puero omni
bus nobis cōmittit. ppter qō difficile contere
re hanc passionem p̄ temperataz vite. Regula

mus autē ⁊ operationes. hi quidem magis. hi
autem minus delectatione ⁊ tristicia. Propter
hoc ergo necessarium est circa hoc esse omne
negotium. non em̄ parum in operationes be/
ne vel male gaudere et tristari. Adhuc autem
difficilius voluptati pugnare q̄z ire. quemad/
modum ait Eraclitus. circa difficilius autem
semper et ars fit ⁊ virtus. Et enim bene melius
in hoc. quare et propter hoc circa delectatio/
nes et tristicias omne negotiuz et virtutis est
politice. qui quidem enim bene his vtitur bo/
nus erit. qui autem male malus. Quoniam q̄/
dem ergo est virtus circa delectationes ⁊ tri/
sticias. et quoniā ex quibus fit ab his ⁊ auge/
tur ⁊ corrūpitur non siliter factis. ⁊ quoniā ex
quib⁹ fit circa hec opatur dictū sit. Queret aūt
vtiq; alq̄s qualiter dicimus. q̄m̄ oportet q̄dem
iusta operantes iustos fieri. temperata aūt tpa
tos. Si em̄ opantur iusta ⁊ tēperata iā sunt iu
sti ⁊ tēperati. quēadmodū si grāmatica ⁊ musi/
ca grāmatici ⁊ musici. Vel neq; in artibus ita
habet. ꝓtingit em̄ grāmaticū quid facere et a
casu et alio supposito. Tunc ergo grāmaticus
si grāmaticū quid faciat et grāmatice. hoc au
tem est ſm eam que in ipso grāmaticam. Ad/
huc autē neq; simile est in artibus et virtutib⁹
Que enim ab artibus fiunt bene habēt in eis
Sufficit ergo hoc qualiter habentia fieri. que
aūt ſm ꝓtutes fiūt neq; si hec q̄liter habeāt iu
ste vel tēperate operata sunt. Sed ⁊ si operās
qualiter habēs operetur. Primū q̄dē si sciens
deinde si eligens et eligens ꝓpter hoc. tercium
autē ⁊ si firme ⁊ īmobiliter habeat ⁊ operetur
hec autē et alias quidem artes habere non cō
numerantur p̄ter ipsum scire. at virtutes autē
scire q̄dē parū aut nihil prodest. alia autez non
parū. sed oīa possunt que ex multotiens opa/
ri iusta ⁊ tēperata aduenīūt. Res quidez igitur

iuste et temperate dicuntur quando sunt tales quales vtiq; iustus ⁊ temperatus operabitur. Justus autem ⁊ temperatus est nō q̄ hec operatur. sed ⁊ qui sic operatur vt iusti ⁊ temperati opantur. Bene igit̄ dr qm̄ ex iusta opari iustus fit. ⁊ ex tpantia tpatus. ⁊ ex non operari aūt hec nullus vtiq; neq; curabit fieri bonus Sed multi hec q̄dem non opantur. ad rōem aūt fugiētes exīstimant philosophari. ⁊ sic fore studiosi ⁊ simile aliq̄d facientes laborantib; qui medicos audunt studiose. faciunt autem nihil hor; que precepta sūt. quēadmodū neq; illi bene habebunt corpus ita curari. neq; isti animam ita philosophantes.

Querit̄ tercio Utrum omnis virtus sit circa delectationes et tristicias Arguitur primo q̄ nō. quia delectatio ⁊ tristicia sunt quedam passiones. sed omnis passio impedit vsum rōnis. ergo ⁊c. Scdo sic. iusticia est quedā virtus. et tm̄ non est circa delectationes et tristicias cū sit circa actiones. que sunt ad alterum. ergo ⁊c. Tercio sic. prudentia est circa agibilia: ergo nō est circa delectationes et tristicias In oppositū est phūs in textu

Sciendum primo

Q; postq̄ phūs ostendit quales debeant esse opationes ex q̄bus causant virtutes. p̄ter ostendit quid est signū virtutis generate dicens. q̄ signū habituz iam genitor; siue bonorū siue malorū accipitur ex delectatōe vel tristicia que supuenit opationib;. q̄ ille qui gaudet recedēdo a voluptatibus est temperatus. qui vero in hoc tristatur est intemperatus: Sil'ter qui sustinet pericula delectabiliter. vel ad minus sine tristicia fortis est. q̄ omnis moralis virtus est circa voluptates et tristicias. nō tanq̄ sicut circa obiectū. p̄mum. q̄ illud est obiectū virtutis moralis. circa q̄ rō ponit medū. Quedam em̄ virtutes morales sunt circa opationes sicut circa materiam. vt iusticia. Alie vero circa passiones vt temperantia

Alloquijs autem et conuiuere et sermonibus et rebus communicare hi quidem placidi. videntur esse omnia ad delectationem laudantes et nihil contradentes. sed existimātes oportere sine tristicia quibuscunqꝯ esse. Qui autem contrario his ad omnia contrariātes et eius quod est cō tristare neqꝯ quodcūqꝯ curantes discoli ꝛ litigiosi vocant. Qm̄ quidem igit dicti habitus vituabiles sunt non inmanifestū. ꝛ qm̄ medius eorum laudabilis ꝑm quem recipiet que oportet ꝛ vt oportet. Siliter autem et vt sper

net. Nomē aūt nō reddit ipsi aliqō Assimilat aūt maxime amicicie. talis em̄ est q̄ fm̄ mediū habitū q̄lem volumus dicere moderatū amicum diligere assumentē. Differt aūt ab amicicia qm̄ sine passione est ⁊ sine eo qō est diligere quib⁹ colloquit. Nō em̄ in amādo vel inimicādo recipit singula vt oportet. sed eo q̄ talis est Silr aūt ⁊ ad ignotos ⁊ notos ⁊ cōsuetos ⁊ in cōsuetos id faciet. Uerūtamē ⁊ in singulis vt cōgruit. Non em̄ similiter q̄uenit q̄suetos ⁊ extraneos curare neq⁹ rursus cōtristare Uniuersaliter quidem igitur dictuz est qm̄ vt opz colloquit. Referētes aūt ad bonū ⁊ q̄ferens cōiciet nō cōtristare aut cōdelectare. videtur quidem enim circa delectatiōes ⁊ tristcias esse in colloquib⁹ factas. Horum autem quecunq⁹ ipi quidem est nō bonum vel nociuum condelectare aspernabitur ⁊ eligit contristare ⁊ si facienti autem deformitatem ferat et hanc non paruam vel nocumentum. q̄trarietas aūt quam tristiciam nō recipiet sed aspernabitur. Differenter aūt colloquit his qui in dignitatibus ⁊ quibuscunq⁹ ⁊ magis ⁊ minus notis. Silr aūt ⁊ fm̄ alias dignitias singulis tribuēs qō decz Et fm̄ seipm̄ quidē desiderans q̄delectare contrista/re aūt rennuēs q̄siderās euentura q̄ si sint maiora. dico autem bono ⁊ cōferente ⁊ delectationis aūt gratia eius que est in posteruz maxime parū cōtristabit Melius q̄dem igitur talis est non nominatus autem est. Cōdelectantis autem qui quidē eius quod est delectabile esse cōiectatiuus nō ꝓpter aliq̄d aliud placidus Qui aūt vt vtilitas aliqua ipsi fiat in pecunijs ⁊ q̄cū ꝓ pecunias blāditor. Qui aūt oēs q̄tristat dictū est. qm̄ litigiosus ⁊ discol⁹ opponi āt videt extrema sibūpsis ꝓpter innoiatū eē mediū.

Querit septimo Utrum amicicia seu affabilitas sit status existens circa tristicias ⁊ delectationes in seriosis actibus hominum. vtputa in quiuis in sermonib⁹ et in alijs similibus Arguitur p̄mo q̄ nō sit virtus. q̄ fm̄ nullam virtutem ficte operamur. Sz fm̄ affabilitatem ficte operamur. igitur. Minor patz. quia fm̄ affabilitatē aliquis ꝓpatur ad aliquos ea que solū ptinēt ad amicos et sic videt esse amicus omnibus. cū tamē nō sit. Sc̄o arguit q̄ nō sit circa talem materiam. q̄ oīs virtus est circa difficile. sed quiuere nō est circa difficile. immo ē cōmune oībus hoibus. q̄ circa talem materiā nō est aliqua virtus. Tercio sic. si circa talem materiā sit aliqua ⁊tus maxime essz veritas. q̄ non amicicia. p̄tia tenet. q̄ circa eādem materiaz nō possunt esse diuerse ⁊tutes In op positum est ph̄s in textu. Pro responsione

Sciendum p̄mo

Q̄ postq̄ ph̄s determinauit de ⁊tutibus respicientib⁹ bona exteriora. s. honores vel diuitias. Et de virtute respiciente mala exteriora quib⁹ aliquis quocatur ad iram. Cōsequenter determinat de virtutibus que respiciunt ad actus humanos in seriosis ⁊ deiū in ludis Et q̄ in actibus seriosis hois duo sunt q̄sideranda. s. veritas ⁊ delectatio. ideo p̄us determinat de virtute q̄ est circa delectationes ⁊ tristicias in seriosis actibus hominū. Et de hac videbitur in p̄ti questione. deiū in sequēti de ⁊tute q̄ est circa veritatē. Sciendū sc̄o q̄ hō naturalr est animal sociale. eo q̄ multis indiget atq⁹ vnicus hō nō sufficit. iō naturalr ineſt homini alijs quiuere ⁊ q̄municare sc̄z rebus sermonib⁹ ⁊ colloquijs que collocutiones ⁊ sermones variant ad variatōem illorum subiectorum in q̄bus est cōiicatio. q̄ quādoq⁹ colloq̄mur de actu fortitudinis. q̄nq⁹ de actu t̄perantie ⁊c̄. Istis notatis ponitur.

Conclusio p̄ima.

Circa delectatōes ⁊ tristicias que sunt in cōicatōib⁹ humanis est dare viciz superabundantie ⁊ defectus Probatur. nā aliqui sunt turbatores humane cōicatōnis in omni q̄municatōe tristiciā inducētes. immo in hoc delectantur. q̄ deprauati sunt fm̄ p̄auū habitū. licz em̄ hō naturaliter refugiat tristiciā ⁊ sit ei naturalr odiosa. quādoq⁹ tamē ꝓpter deprauatōem habitus fit homini delectabilis sicut amara naturaliter sunt odiosa gustui ⁊ tñ gustui deprauato p̄nt esse delectabilia ⁊ dulcia. Et tales q̄ sic tristiciā inducūt vocātur discoli ⁊ litigiosi. Alij vero q̄ dicunt placidi. q̄ sc̄z oīa dicta aut facta approbāt ⁊ commendant. ⁊ in cōicatōem hoim̄ sp̄ delectationē generāt omnib⁹ apparētes amici. Et hoc contingit dupliciter. q̄ vel hoc faciunt non ꝓpter aliquid aliud. sed dūtaxat q̄ sic habituati sunt. ⁊ sic tales dicunt placidi. aut ordinant hoc ad aliquod vtile vt ad pecuniam. ⁊ isti vocantur blāditores seu adulatores

Secunda conclusio. contra delectationes ⁊ tristicias in conuersatiōe humana est aliqua virtus. Probatur q̄ ibi dantur duo extrema vituperabilia. ibi datur mediuz probabile. sed circa delectationes ⁊ tristicias in conuersatione humana sunt duo extrema vituperabilia. vt dictum est. ergo medium est laudabile. et tale est virtus igitur ⁊c̄. Aduertendum tamen est q̄ hec virtus non habet nomen impositum. sed multipliciter conuenit cum amicicia. quia in principali actu amicicie (qui est conuenire amicabiliter alijs) conuenit cum amicicia. Et solum differt ab amicicia. quia delectatio que est

in amicicia solū est ad aliquos ⁊ nō ad om̄es ⁊ etiā cum quadam passionis amoris delectationis Sed hec virt⁹ nō est cum passione ⁊ delectatōis seu amoris .nec solum est ad amicos sꝫ ad om̄es.vtputa ad ignotos vel notos ꝯsuetos ⁊ insuetos. Nam ꝑ hanc virtutē aliq̄s acceptat aliqua dicta vel facta ab alijs sicut oportet sine hoc ꝙ ꝑ hoc afficiatur odio vl' amore ad eos.sed qꝛ sic dispositus est ꝑm habitū. Potest tn̄ vocari talis virtus amicicia ꝓpter ꝯueniētiam quam habet cum ea.pōt etiam vocari affabilitas.ab alijs vero vrbanitas vel curiositas.qꝛ ꝯuersantes in vrbibus ⁊ curijs dn̄orum sciunt gratiose ⁊ delectabiliter ꝯuiuere. Ab aliquibus etiam vocatur facetia et inde dicitur facetus.

Dubitatur De proprietatib⁹ hui⁹ virtutis. Respondet̄ ꝙ sunt quinq̄ꝫ. Prima est ꝙ affabil' colloquit̄ omnib⁹ in vl'i sicut oꝫ Scd̄a est ꝙ affabilis tendit ad hoc vt sine delectatōe et tristicia cum alijs viuat hoc referēdo ad bonū finez. Tercia est ꝙ affabilis quādoq̄ refugit delectare aliuꝫ immo eligit ꝯtristare ip̄m. Et hoc dupl'r.primo si nō sit sibi honestū vt si tamē alijs loquat̄ in nocumentū ⁊ detrimentū eius Alio mō.si dicat vel faciat aliquid qd̄ ꝑtinet ad magnā inhonestatem illius cui ꝯuiuit. Quarta est ꝙ affabilis diuersimode loquitur ⁊ ꝯuersatur cuꝫ his qui sunt in dignitatib⁹ ꝯstituti.⁊ cū ꝑsonis priuatis ⁊ etiam diuersimode nō magis ⁊ min⁹ notis.qꝛ singulis attribuit qd̄ conueniens est. Quinta est ꝙ affabilis suis amicis ꝑ se intendit delectari ⁊ rēnuit tristari.aliqn̄ tn̄ paꝝ intēdit tristare ꝯsiderando futura si sint subiecta ꝯtristatōi.

Ad rationes ante oppositum. Ad primam d̄r negando minorē.qꝛ vt oñsum est affabilis omnibus amicabiliter cōuiuit. Aliter tn̄ amicis ⁊ alijs nec hoc facit vt fingat amicum.sed magis vt manifestat propriū habitū. Ad secūdam dicit̄ ꝙ licet ꝯuiuere alijs sit cōe omnib⁹ hoībus et facile.singule tamē circūstantie ponūt difficultatē circa hmōi materiā.qꝛ difficile est ꝯuiuere alijs sicut opꝫ. quādo oportet.⁊ sic de alijs circūstātijs. Ad terciā d̄r ꝙ affabilitas amicicia ⁊ veritas bn̄ respiciūt eādem materiam communem.vtputa actus seriosos hominum.sed tamē respiciunt diuersas materias proprias ⁊ diuersificantes cum eis.quia sicut dictum est in primo notabili affabilitas est circa delectationes ⁊ tristicias in actibus seriosis. Sed alia virtus est circa veritatem illius. Et tantum de questione.

Circa eadem autem fere est ⁊ iactātie medietas. Innominata autem ⁊ ipsa Nō malum autem ⁊ tales pertransire. Magis em̄ vtiq̄ꝫ sciemus que circa mores.singulos ꝑtrāseuntes. Et medietas esse virtutes credemus vtiq̄ꝫ in omnib⁹ sic habens conspicientes. In ꝯuiuere vtiq̄ꝫ qui quidem ad delectationem vel tristiciam colloquuntur dicti sunt. de viridicis aūt ⁊ falsidicis dicamus.similiter in sermonibus ⁊ oꝑationib⁹ ⁊ fictione. Uidet̄ vtiq̄ꝫ iactator similatiuus gloriosum esse ⁊ nō existentiū ⁊ maiorē q̄ꝫ existūt. Cyron āt ecōuerso negare que existunt vel minora facere.medius āt antheliastos q̄s exn̄s verax et vita ⁊ sermone existētia confitēs esse circa ip̄m neq̄ꝫ maiora neq̄ꝫ minora. Est aūt horū singula ⁊ gratia alicuius facere ⁊ nulli⁹ vnusq̄sq̄ꝫ aūt q̄lis est talia dicit ⁊ oꝑatur. ⁊ sic viuit si nō alicui⁹ gratia oꝑetur. Per se aūt mendaciū prauū ⁊ fugiēdū verū aūt ⁊ bonū et laudabile: Sic aūt ⁊ verax quidē medius exn̄s laudabilis.qui aūt mēdaces ambo quidē vituꝑabiles.magis aūt iactator de vtrisq̄ꝫ aūt dicemus p̄us aūt de veraci nō em̄ de veridico in ꝯfessionib⁹ dicimus. neq̄ꝫ q̄cunq̄ꝫ ad iusticiam vel iniusticiā cōtendūt alteri⁹ em̄ erūt hec virtutis. Sed in q̄b⁹ nullo tali differēte et in sermone et in vita verꝫ dicit. eo ꝙ talis est ꝑm habitū Uidebitur vtiq̄ꝫ talis moderatus esse amor em̄ veri ⁊ in quibus nō differt verū dicēs. verꝫ dicet ⁊ in q̄bus differt adhuc magis vt em̄ turpe mēdacium verebit̄ quod ⁊ ꝑm se verebat̄.talis aūt laudabilis In minus aūt magis a vero declinās. prudētius em̄ videbitur ꝓpter onerosas suꝑabundātias esse.maiora aūt existētib⁹ fingēs nulli⁹ gratia prauo quidem assimilatur Non em̄ vtiq̄ꝫ gauderet mēdacio. vanus autem videtur magis malus. Si aūt gratia alicui⁹ qui quidē glorie vel honoris non valde vituꝑabilis sicut iactator. qni aūt argenti vel quecūq̄ꝫ in argentum deformior. Nō in potētia aūt est iactator.sed in electōe. Scd̄m habitum em̄ ⁊ in eo ꝙ talis est iactator est quēadmodum ⁊ mēdax hic quidem mēdacio ipso gaudet.hic aūt gloriam appetens vel lucrū. Qui quidem igitur glorie iactant talia fingūt in q̄bus laus vel felicitas. q̄ aūt lucri quorū voluptas est ꝓximus quo latere est nō existētia puta medicū vl' diuinatorem

sapiētē. ꝓpter hoc plures fingūt talia ⁊ iactant. sunt em̄ in ipsis q̄ dicta sunt. Cirones autem ⁊ minus dicētes gratiosiores q̄dē fm mores vident. nō em̄ lucri grā vident dicere. sz fugientes molestū ⁊ timidū. Sed ⁊ maxime autē ⁊ isti gloriosa negāt. vt Socrates fecit. Qui aūt pua ⁊ manifesta fingunt baucopamirchij dicūtur ⁊ facile contēptibiles sunt ⁊ quandoq; iactātes videtur. puta laconiozum vestis etem̄ superabundātia ⁊ valde defectus iactantium Qui autē moderate vtuntur eyroneya. ⁊ circa que nō valde ꝓmpta ⁊ manifesta eyronisant gratiosi videntur. Opponi autē videtur iactator veridico deterior enim.

Queritur Octauo. vtrū sit aliqua virtus que medium teneat q̄ntum ad veritatem que possit vocari veritas. Arguit̄ ꝓmo q̄ nō. qz veritas est finis ptis speculatiue. sed oīs virtus moralis est in gte appetitiua Scdo arguitur. nulla virtus comitat̄ bonos ⁊ malos. sed veritas est hmōi. quia sicut p veritatē aliq̄s potest ostēdere suam cōuersionez bonam dictis ⁊ factis. ita aliquis pōt ostendere suam malam ꝓuersatōem Tercio arguit̄. oīs virtus respicit bonum. sed opus veritatis q̄nz est nocuum. Quia vt dicit poeta. Et quandoq; nocet omnia vera loqui. In oppositum est philophus in textu

Sciendum ꝓmo

Q; postq̄ phs determinauit de ꝑtute q̄ tenet mediū in actiū humanis q̄tum ad delectatōez vel tristiciā in qui ctu vel locutō e hoīm. Cōsequēter determiat de ꝑtute q̄ tenet mediū in eisdē actibus humanis q̄tū ad veritatem

Sciendum scdo. q̄ veritas capit̄ quadrupl̄r. Quandoq; em̄ capit̄ put est adeq̄tio rei ad intellectū. ⁊ ō ista nō est hic ad ꝓpositum Alio mō capit̄ p vero sermone q̄ fit in iudicio. puta cū aliquis interrogatus a iudice ꝓfitetur q̄ō verum ē. Et de ista nō est ad ꝓpositum Tercio mō capitur p veritate iusticie. que ꝓsistit in q̄dam cōformitate proferēdi iusticiam. ⁊ iterū de tali nō est ad ꝓpositū Quarto capit̄ veritas p quodā habitu quo quis seip̄m manifestat dictis factis ⁊ operibus. prout recta ratio demonstrat. nec fingit se esse aliū in dicto vel facto q̄ realiter sit. Et isto modo est hic ad propositū veritas. ⁊ ab hac veritate dr homo verax. qz talis dicit verū nō solum in iusticia seruāda. sed magis ꝓpter dispōem siu habitus Ex q̄bus patet q̄ veridicus nō habet omnē veritatē de seipso manifestare. sed vt oportz ⁊ vt recta ratō dictat. immo stat aliq̄n q̄ aliq̄s dices veritatem de seipso est iactator

Sciendū tercio. q̄ circa veritatē q̄ est in cōicatōib; seu actib; hūanis ꝓtingit dare extrema viciosa. q̄ō ptz. qz alii qui sunt q̄ de seipsis plura dicunt q̄ veritas habeat. Et tales dicuntur iactatores a iactando. quod est vicium in supabūdātia Alij vero deficiūt. qz nō dicūt nec manifestāt ea q̄ in ipsis sunt. sed min⁹ dicūt q̄ veritas habeat. Et tales dicūt̄ yronici. vel yrones ab yronia q̄ est vicium in defectū. yrancon vero grece idē est q̄ derisor latine Dicunt̄ āt derisores. eo q̄ dicūt aliq̄ opprobria eis inde. tū in de nō sunt Sciendū q̄rto q̄ ꝓtingit min⁹ dicere q̄ veritas habeat dupl̄r Primo negādo mai⁹. cū tū fm veritatē insit. ⁊ h̄ est ꝓmittere mēdaciū et h̄ faciūt yronice Secūdo ꝓtingit de ipo dicere min⁹ nō negādo maius. Et h̄ mō verax vel veridic⁹ de seipo dr minora multotiens nec in h̄ ipe mentit̄. qz si alicui ineest maius. inest min⁹ Jō dr in textu. q̄ qz difficile est attingere mediuz indiuisibilit̄ verax mai⁹ inclinat̄ ad min⁹ q̄ ad mai⁹. Vñ dicere maius nō pt esse sine mēdacio. dicere vero minus pt esse sine mēdacio. Et q̄ ꝑz. q̄ tā iactatores q̄ yronici sunt viciosi qz sunt mēdosi. mō oē mēdaciū est malū et turpe. iō in oi mēdacio siue iocoso siue officioso siue ꝓnicioso est abusio et frustratio finis. Quia ad h̄ datus est fmo vt p ipm veritas manifestet̄ a q̄ fine frustrat̄ fmo in mēdacio. vnde sic diffinit̄ mēdaciū. Mēdaciū est falsa vocis significatio cū intentōe fallēdi Et q̄ ꝑz q̄ mēdaciū nō dr equal⁹ de tribus dictis mēdacijs. In diffinitōe em̄ mēdacij est aliq̄d materiale scz falsa vocis significatio. ⁊ aliud formale. scz intentio fallendi. cū āt talis fallacia fiat p vocē. ⁊ vox est significatiua rei. iō pt esse deceptio. vel q̄tū ad vocē vel quantuz ad rem fm q̄ significat̄ p vocem. In mendacio em̄ ꝓnicioso est falsa vocis significatio ⁊ deceptio ⁊ quantū ad vocem inquantū intendit facere ⁊ credere id q̄ō significat̄ p vocem apud intentionē dicētis Est etiā ibi deceptio quantū ad rē. fm q̄ p tale mendaciū aliq̄s ledit̄. aut in d̄āpno corporis. aut in rerū amissione. Et sic in mēdacio ꝓnicioso ē pfecta rō mendacij. qz reperitur materiale ⁊ formale mēdacij. Vñ mendaciū ꝓnicium est cū aliq̄s p sua verba mēdosa intendit alteri nocere Sed in mēdacio officioso ē falsa vocis significatio. ⁊ est intentio fallendi fm vocem. dū scz aliq̄s intendit aliquid facere credere aliud q̄ sit. scz ibi nulla est deceptio fm rem. qz nullus h̄ō leditur illo mendacio. ⁊ iō deficit a pfecta rōne mendacij. Vñ mendaciū officiosum est cum aliq̄s intendit facere credere alicui aliō q̄ sit bonum alicuius Sed in mendacio iocoso est tantū falsa vocis significatio. et nulla intentio fallendi. qz nō intendit facere credere illud quod dr. sed ludere tm̄: iō minimū habet de ratione mendacij. ⁊ sic est minus malū q̄ officiosum. ⁊ officiosum minus maluz q̄ ꝓnicium. Et nullū istoz cum fiat in voce opponit̄ veritati ꝓout est virtus. ⁊ tale mendaciū quod nō fit ꝓpter aliquē finem sed ꝓpter delectatōem quā habet aliq̄s in menciendo.

Conclusio Q; veritas est virtus specialis Patet. qz vbi reperiuntur extrema vitupabilia ibi reperitur mediū laudabile q̄ō est virtus Tex. est etiā q̄ tres sunt spes iactancie. qz aliq̄ se iactant vt videantur gloriosi ⁊ honorabiles ⁊ sic de alijs Alij causa lucri vt aliqui fingunt multotiens se esse medicos. aut diuinatores Alij vero non cā alicuius istoruz sed solū qz tales sunt. Patet etiā q̄ due sunt spes yronie. qz aliq̄ negant ea sibi ineſſe q̄ ꝓtinent ad excellentē gl̄iam sicut socrates negabat se esse scientē. Alij fingūt pua et modica in ipsis. vt sunt ypocrite

Ad rationes Ad primaz patet solutio ex dictis Ad secūdā dr q̄ nulla virt⁹ cōicat malis simplr. q̄ scz nullū bonū

morale habent. sed p̄t seq̄ malos s̄m q̄d nō inquātū sunt mali Ad terciā d̄r q̄ aliqñ dicere verum de aliquo ē qñ q̄ malū ꝑ accñs. sed adeq̄ri sua dicta ⁊ perfecta ꝯuersationi ⁊ dispōi ꝓprie semper est bonum.

Xistente aūt requie in vita ⁊ in hac ꝯuersione cū ludo videt̄. ⁊ hic esse collocutio q̄dam ꝯsona ⁊ q̄lia oportz dicere ⁊ vt opz. Similiter aūt ⁊ audire differt aūt ⁊ in dicēdo in talib⁹ vel talia audire. Manifestū aūt ⁊ q̄ circa hoc est. ⁊ supabūdantia q̄dem ⁊ defect⁹ medij Qui q̄dem in derisione supabūdant bomolochi vident̄ eē ⁊ onerosi desiderātes oīno risum ⁊ magis ꝯiectātes risum facere q̄ꝫ dicere decora ⁊ nō ꝯtristare derisum ꝯuiciatū. Qui āt neq̄ ipsi vtiq̄ dicūt aliqd̄ ridiculū ⁊ dicentibus molesti. sunt agrioi ⁊ duri vident̄ esse Moderate aūt ludentes eutrapoli appellant̄. puta bñ vertētes. Moris em̄ tales vident̄ motus esse quemadmodū aūt corpa ex motib⁹ iudicāt̄. ita ⁊ mores Redūdante aūt risu ⁊ plurib⁹ gaudentib⁹ ludo ⁊ ipso ꝯuiciari magis q̄ꝫ opz. ⁊ bomolochi eutrapoli appellāt̄ ⁊ gratiosi. qm̄ autem differūt ⁊ nō parum. ex his que dicta sunt manifestum Medio aūt habitu ꝓpriū ⁊ epydesiotis est epydesij aūt est talia dicere ⁊ audire q̄lia modesto ⁊ liberali ꝯgruūt. Est em̄ q̄daz decentia talē dicere in ludi ꝑte ⁊ audiri ⁊ liberalis ludus differt ab eo qd̄ seruilis ⁊ disciplinati ⁊ indisciplinati. Uidebit aūt vtiq̄ aliq̄s ⁊ ex ꝯmedijs veterū ⁊ modernoꝝ. his q̄dem erat derisio turpiloquiū his aūt suspicio. differunt autem nō parum hec ad honestatē. Utrum igitur bñ ꝯuiciātem determinādo in dicendo nō que decent liberalē. vel in nō tristādo audiētem vel in delectādo vel ad tale quidem indeterminatum Aliud em̄ alij odibile ē em̄ sustinet audiēs hec ⁊ facere videtur. Non em̄ omne vtiq̄ faciet cōuicium ⁊ ꝯtumelia q̄dam est legum positores autem q̄dam contumeliosa dicere prohibent Oportebat aūt forti ⁊ cōiuciari gratiosus vtiq̄ ⁊ liberalis sic habebit puta lex exñs sibi ipi talis q̄dem igit̄ medius est siue epydixus siue eutrapelus dicitur Bomolochus aūt minor ē derisore ⁊ neq̄ a seipso ab alijs recedens si risum faciat. ⁊ tñ talia dicens quoꝝ nullum diceret vtiq̄ gratiosus quedā autem neq̄ audiret Agrios aūt ad tales collocutiones inutilis Nihil em̄ cōferens in oībus tristatur. Uidetur aūt requies ⁊ ludus in vita esse necessariū. Tres igitur q̄ dicte sunt in vita meditates Sunt aūt omnes cirta sermonē quorundam ⁊ operū cōmunicationem differunt autem quoniam hec q̄dem circa veritates est hec aūt circa delectabile. earum aūt que circa delectionē hec quidē in ludis. hec aūt in his q̄ s̄m aliam vitam colloquijs.

Queritur nono

Utrū etrapelia sit virtus circa ludos existens. Arguitur primo q̄ non sit virtus. quia virtus est circa difficile. Sed ludi homi sunt faciles. ḡ circa ludos nō est virtus. Scd̄o sic. omne opus virtutis est p̄electū ⁊ p̄cōsiliatum sed ludi fiūt sine electione ⁊ cōsilio cū multotiens sit velocitas cursus in ludo. aut motus sine deliberatione: Tercio sic. illud vtimur derisione cū vitio ⁊ ridiculo. sed omnia ista sunt mala igitur in ludis non est virtus:

In oppositum est ph̄us in textu

Sciendum primo

Q̄ postq̄ꝫ ph̄s determinauit de virtutib⁹ que sunt circa actus hūanos seriosos Consequenter determinat de quadā virtute que est circa ludos: siue circa ludibriam q̄ d̄r eutrapelia. Sciendū secūdo: q̄ circa illud quod s̄m se est malū. ⁊ non p̄t habere rōem boni nō est virtus si igitur virtus nullam rōem boni possit habere circa ludū nū q̄ꝫ esset virtus. sed manifestū est q̄ ludus habet aliquā rōnem boni inquantū est vtilis vite humane. q̄ sicut hō indiget quiescere a laboribus corporalibus. ita etiam indiget quiescere ab intentione anime ⁊ hoc fit ꝑ ludum quo remouet̄ ⁊ inducitur recreatio

Conclusio prima

Requies mentis ⁊ seriosis operationibus est necessaria vite humane Probatur conclusio. q̄ sicut se habet requies corpis ad vitam corpalem ita se habet requies anime ad vitam aīe: sed requies corpalis necessaria est vite corporali. ergo requies anime necessaria est ad vitam anime Minor probatur. q̄a ꝑ operationes corpales diminuit

talor naturalis ⁊ spiritus.⁊ per consequens diminuũtur virtutes corporis.⁊ inde sequitur fatigatio.que quidem virtutes corporales restaurantur per quietem interuenientem ⁊ potentie in sompno. Ita etiam similiter seriose operationes frangũt quodãmodo virtutes anime.cuz anima non operetur sine ministerio corpis.ideo indigent quiete ad earz restauratiõem.propter quod etiã conditores legũ ordinarunt certos dies quibus hoies ad hilaritatẽ congregarẽtur et cessarent ab alijs operationib⁹.ergo hmõi reqes est necessaria. Ex quo patet q ludus est necessarius. qa talis requies potentie fit p ludũ Conclusio secũda. defectus a ludo vitiosus est Patet qz deficere a ludo est deficere ab eo quod necessariũ est vite humane.ergo est vitiosum. vnde sunt aliqui qui in nullo ludo delectanr nec aliq̃ ludicra volunt audire.imo alijs ludentibus tristanr.⁊ tales Aristoteles vocat agrios id est agrestes. q̃si in agro viuentes vel stantes ⁊ ignorantes cõicationes hoim.

Conclusio tercia.superabundantia in ludo est vitiosa patet quia ludus fieri debet propter resumptionem et restaurationem virium mentis. sed supabundantia in ludo magis corrumpit vires q̃ restauret.ergo talis supabundantia vitiosa est Et est aduertendũ q aliqui sunt ludi qui fm se sunt mali.in talibus nunq̃ homo debet insistere Alij vero sunt ludi qui licet bene possint fieri in ipis tamen supabundare est vitiosum Item aduertenduz q aliqui sunt qui omnia dicta aut facta alioz volunt vertere in risum ⁊ ludũ.nec curant si alios contristant vl turbant.imo magis volunt dicere aliqua turpia de quibus alij potius turbentur q̃ ad risum moueantur.⁊ tales vocat Aristoteles bomolchos Bomolchus autez dicitur a bomos quod est altare ⁊ olchos quod est raptoziuz.qa sic dicebãtur raptores miluorum q̃ volabant circa templa seu altaria vt raperent intestina aialium mortuoz im molatoz.Ita etiã bomolchi insidianr ad hoc q ex verbis vel factis aliorũ possent aliquid rape quod cõuertant in derisionez.ideo tales vocat Aristoteles onerosos. Qñ q̃z etiam peccant dicendo iniurias psonales.hoc est dicẽdo aliqua que tangunt famam vel honorem persone singularis.et tales proprie vocantur derisores et sunt peiores bomolchis. Vltima conclusio. circa ludos est aliqua virtus moralis. Patet quia contingit ibi supabundare et deficere vitiose.ergo contingit mediocriter se habere et laudabiliter.ille enim qui ludit ludo liberali vt oportet et quando oportet et sic de alijs est virtuosus.⁊ vocatur eutrapelis ab eu quod est bonum et trapelon grece. quod est verto latine.quasi bene vertens Similiter etiã vocatur apedicius.quasi bene aptus ad ludendum

Aduertendum circa predicta.q ludus liberalis est q̃ in dictis seu factis nullum affert preiudicium facienti.verum est tamen q ad eutrapolum pertinet conuiciare alios et dicere quedam conuitia de ipsis.non tñ cõuicia contumelioſa.que phibentur a cõditoribus legũ. sed aliquãdo dicere ꝓuicia propter delectationẽ et emendationẽ hominũ.dũmodo hoc facit absq̃ infamia.et ille qui sic se habet in cõuiciando dr gratiosus et vir liberalis.dum scz p ꝓriam electionẽ agit fm precepta legis

Ad rationes Ante oppositum Ad primam dicitur q licz ludere sit facile.tamen ludere vt oportet ⁊ quando oportz est difficile Ad secundã dicitur q ludi fiunt cũ electõe et consilio.licet verum sit q modi qui sunt in ludo fiũt absq̃ electione vel consilio.sed tales modi sunt ex bona aptitudine ad ludũ. Ad terciaz dr q licet eutrapelcus in ludo qñq̃ vtat ꝓuicio.tñ hoc est yronice.id est metaphorice.nec vtit illis vt inferat nocumentuz alijs.sed magis vt ꝓficiat sibi.⁊ alijs afferat iocũditatẽ mentis.

Verecũdia aũt vt quadã virtute nõ conuenit dicere.passioni autem magis assimilatur q̃ habitui.Determinatur quidez igit timor vigilatiõis. Perficitur verecundia autem circa pericula timori cõsimiliter. rubescũt em̃ verecundati.morte aũt timentes pallescũt Corporalia vtiq̃ videntur esse vtraq̃ qõ videtur passionis magis q̃ habitus esse. Non omni vtiq̃ etati passio congruit. sed iuuenili. Estimamus enim oportere tales verecundos esse eo q fm passiones viuentes multa peccant.a verecundia autem prohibentur Et laudamus quidem iuuenum verecundos. Senem autem vtiq̃ nullus laudabit quoniam verecundabilis.nihil enim existimamus oportere ipsum operari in quibus est verecundia Neq̃z enim studiosi est verecũdia.siquidez ⁊ in prauis.non enim operandum talia. Si enim sunt hec quidem talia fm veritatez turpia. hec autem fm opinionem nihil differt.neutra em̃ operanda.quare neq̃z verecũdaz. prauí autem et esse talem qualem operari aliquid turpium Sic autem habere vt et si operetur aliquid talium verecũdari.et propter hoc existimari studiosum esse inconueniens Inuolũtarijs enim verecũdia. volens autem studiosus nunquam operabitur prava. Erit autem vtiq̃ verecundia ex suppositione studiosum.si enim operetur verecũdabitur vtiq̃.non est autez hoc circa virtutes. Si autem inuerecũdia prauum ⁊ non verecũdari turpia operari nihil magis talia operantem verecũdari studiosum. Non est autem neq̃z continentia virtus.sed quedã mixta.ostendetur autem de hac in his que posterius. Hũc autem de iusticia dicamus

Questiones

Querit decimo.

Utrum verecundia cōueniat vere virtuoso Arguitur primo q sic. quia magnanimꝰ est bene virtuosus. sed verecūdia ꝓuenit magnanimo. quia magnanimꝰ bñ verecūdat. vt dictū est. ergo verecundia ꝓuenit virtuoso. Secūdo sic. non verecūdari de turpi actu vitiosum est. ergo non verecūdari de turpi operatione vitiosum est. ergo cum virtuosus turpe operetur sequitur q verecūdia ꝓuenit virtuoso In oppositum est ꝑbus in textu.

Sciendum primo

Qꝫ postq̄ ꝑbus determinauit de medietatib⁹ que sunt virtutes. Consequēter determinat de quadam medietate (que non est virtus) scz verecūdia. Et licet fecerit ꝑ us mentionem (scz in secūdo huius) de quadā alia passione laudabili. scz de veresi. que non est virtus. tamē iterū facit mentionē de verecūdia. q̄ determinare de passionibus magis ꝑtinet ad rethozem. non em̄ determinat hic de verecūdia nisi vt ostendat eaz nō esse virtutem.

Sciendum secūdo q̄ de verecundia possumus loqui multipliciter. Uno modo potest large accipi ꝓ erubescētia vel tristicia. Alio mō ꝓ naturali inclinatione t dispositione ad actū verecūdum. et sic qui habet frontem renerum t sanguinem suphabūdantē t calozem fortez est naturaliter dispositus ad verecūdiam. Tercio mō accipitur verecūdia ꝓ actu fm quem verecundari dicim⁹ Et solet diffiniri q̄ est timoz de turpi actu vel malo ꝑpetrato. et ita verecūdia cōmuniter consistit in illo timore qui est de turpi actu. et isto modo de verecūdia est hic ad ꝓpositum.

Conclusio prima

Uerecūdia est passio t non virtus. Probatur ꝑ diffinitionem verecūdie datam a philosopho. que est Uerecūdia est timoz ingloriationis. id est cōfusionis. que opponitur gloꝛie. sed timoz est passio quedam. ergo et verecundia. Secundo probatur. quia omnis motus appetitus sensitiui factus cum quadam transmutatione cozporali est passio. sed verecūdia est talis motus. cum fiat cum trāsmutatione coloꝛis. ergo est passio.

Conclusio secūda. verecūdia est passio laudabilis in etate iuuenili. Probatur q̄ iuuenes ꝓpter furoꝛē etatis viuūt fm passiones. ideo ꝓni sunt ad multa mala. scz aliter patiūtur verecūdiam per quam timent turpitudinem. ergo ꝛc. Secūdo probat̄ per humanam consuetudinem. q̄ ꝓsuemus laudare iuuenes verecūdos. quia sicut vitiosus per iudicium rōnis ꝓhibetur a malo. ita iuuenes per passionem verecūdie a malo ꝓhibētur Unde in iuuene verecūdia est signum ardue mentis t tendētie ad bonum t ad honestatem. sed iuuenis (qui nō verecūdatur de turpi actu) quasi in malo ꝓfirmatus dicitur.

Aduertendū est tamen in hoc q̄ in iuuene potest ꝑdi verecūdia dupliciter. Uno modo per accessum ad inuerecūdiam. quod fit vel ex appetitu diuitiarum vel delectationum. Diuitiarum quidem. quia illi qui vehemēter appetunt diuitias amittūt habitum boni honesti. et sic non habent plus verecūdiā. Et ita etiam declinat a verecundia ex delectationib⁹. quia ex verecūdissimis t pudicissimis puellis efficiūtur quādoq̄ ꝓpter delectationem inuerecūdissime meretrices. Alio modo aliquis perdit verecūdiam ꝓpter accessum ad virtutem ꝑfectam. q̄ qui habet virtutem perfectam non timet reprehendi de turpi operatione. Ex quib⁹ ꝓz q̄ iuuenis verecūdus in opere turpi descendit ad inuerecūdiam. sed ꝑ cessationez ab opere turpi ꝓpter verecūdiam ꝓuenit ad virtutē ꝑfectaz ergo ꝓclusio vera.

Conclusio tercia. verecūdia nō est laudabilis in senibus. q̄ senes non debent aliquod turpe operari ꝓ quibus est verecūdia habenda. quia ꝓpter longitudinem temporis iam debent esse experti t ꝓsueti in bonis operationib⁹. nisi eis ꝓueniat ex coꝛrupta volūtate. et sic. ꝓpter passiones non debent aliquod turpe operari. sed verecūdia est eis de turpi actu.

Conclusio quarta. verecūdia nō cōuenit virtuoso. q̄ verecūdia est respectu ꝓauoꝝ. sed virtuosus nō operat̄ ꝓaua. q̄ virtus reddit opus eius bonum. ergo verecūdia nō ꝓuenit virtuoso. Sed posset aliquis dicere q̄ verecūdia non solū est de his que sunt fm veritatez turpia. sed etiā de his que sunt turpia fm opinionē hominū. et ita verecūdia virtuosus potest esse verecūdus. Respondet ꝑbs q̄ non ꝑtinet virtuoso de quocūq̄ verecūdari. t ita nō ꝑtinet ad ipsum operari aliquod turpe. siue fm veritatem siue fm opinionem.

Ad rationes.

Ante oppositaz Ad ꝓmam dicit q̄ verecundia magnanimi non est verecūdia ꝓprie dicta. que scilz est de turpi actu vel malo ꝑpetrato. sed est quedam erubescentia ꝓueniens ex bono zelo Ad secūdam dicūt alii q̄ virtuosus potest verecūdari de turpibus actibus siue operationib⁹ aliozum t non sui. quia caret omni turpi actu. Sed melius videtur dicendū q̄ virtuosus inq̄ntum huiusmodi nullo modo verecūdat̄ de turpi actu. hoc est inq̄ntum est vnius et eiusdem animi cum alijs amicis. Et hec de questione et per consequens de toto libro quarto ethicoꝝ Aristotelis

versoris



Et iusticia aūt z iniusticia intendendum. z circa quales sunt existentes operationes Et qualis medietas est iusticia z iustum. quoruz medium Intentio aūt nobis sit fm eandem methoduz his que predicta sunt Videmus vtiq; omnes talē habituz volentes dicere iusticiam a quo operatiui iustorū sunt z a quo iusta operantur et volūt iusta. Eodem aūt mō z de iniusticia. a quo opatiui iniustoz sunt z a quo iniusta faciūt z volūt iniusta. ppter quod z nobis pmū vt in typo supponātur hec. Neq; em eū dē habet modū z in scientijs z in potētijs z habitib⁹. potētia quidē em z scientia videtur contrariorū eadem esse. habitus autem cōtrarius ptrariorum non. puta a sanitate non cōtraria sed sana soluz. dicimus em sane ambulare qū ambulat vt vtiq; sanus existens. Multotiēs quidem igitur cognoscitur ptrarius habitus a ptrario. Multotiens autem igitur habitus a subiectis. Si enim sit manifesta eucecia z cachecia, manifesta sit. z ex bene habentibus eucia et ex hac bene habentia. Si enim est eucia densitas carnis. necessarium est z cachecia esse raritatem carnis z bene habens factiuum densitatis in carne. Consequitur autem vt in multum si alterum multipliciter dicitur z reliquum multipliciter dici. puta si iustum z iniustum. Videtur autem multipliciter dici iusticia z iniusticia Sed propter propinquam esse equiuocationem ipsoz latet. et non quemadmodum his que de longe manifesta magis Differentia enim multa que fm ydeam. puta quoniam vocatur clauis equiuoce. et que sub collo animaliū z qua hostia claudunt. Sumatur autem iniustus quotiens dicitur. videtur autem illegalis iniustus esse et auarus z inequalis. quare manifestum quoniam z iustus erit et legalis z equalis. Justum quidem igitur legale et equale. iniustum autem inequale illegale. Quia autem auarus iniustus circa bona erit non omnia. sed circa quecunq; bona. fortuna z infortunium. Que sunt autem simpliciter semper bona. alicui autem non semper homines aūt hec orant et persequūtur. Oportet autem non sed orare quidem bona simpliciter et ipsis bona esse. eligere autem quesibūp sis bona. Iniustus autē nō plus semper eligit sed et minus in simpliciter malis Sed quoniam videtur z minus malū bonū aliqualiter ee. boni aūt est auaricia propter hoc videtur auarus esse. est autē inequalis. hec em ptinet z cōmune. et illegalis. Hec autē illegalitas aut inequalitas ptinet omnē iniusticiaz z pmune est omnis iniusticie

Circa initium quinti li

bri ethicoz Aresto. Querit pmo. vtruz iusticia sit virt⁹ moralis circa operatiōes principaliter existens. Arguitur primo q nō sit virtus. quia iusticia est circa res exteriores a nobis factibiles. sed habitus circa factibilia existens est ars. ergo iusticia nō est virtus moralis. Secūdo arguit q iusticia pfistat circa passiones q dicit phs in secūdo huius. q omnis virtus est circa delectationes et tristicias. hec autē sunt passiones. ergo iusticia est principaliter ꝛc. Tercio sic. iusticia principaliter pfistit circa illud qō impedit vel remouet iniustuz ab opere. sed illud est passio nos trahens ad hoc quod est vnicuiq; reddere quod suum est. ergo iusticia est circa passiones. In oppositum est phūs in textu.

Sciendum prima

Q; posteq̃ ph̃s determinauit de virtutibus moralibus que sunt circa passiones. ꝓsequenter determinat de virtute. scz de iusticia. q̃ est circa opationes. Que q̃dem iusticia differt ab alijs virtutib; supra dictis triplr. Primo q; virtutes t vicia de q̃bus supra dictũ est sunt principalirer circa passiones. t ex cõsequenti ꝑ opationes. sed iusticia t iniusticia sunt principaliter circa opationes t ex consequenti circa passiones. ꝑ quãto aliquis iuuat vel impedit circa opationes vel passiones. Scõa dña. q; in ꝑdictis virtutibus accipit medium rõnis et nõ rei. vt prius patuit. sed in iusticia accipitur medium rei vt postea patebit. Tercia dña est. q; quelibet virtutũ ꝑ dictaꝝ est medium duoꝝ vitioꝝ. sed iusticia nõ est mediũ duarum maliciarũ Sciendũ secũdo. q; iusticia a iurisperito sic diffinitur. Justicia est cõstans et ꝑpetua volũtas qđ suuz est vnicuiq; tribuens. A tullio vero sic diffinitur in sua rethorica Justicia est habitus animi cum iustificatione seruatus vnicuiq; tribuens suaz dignitatẽ. A ꝑho vero sic diffinit. Justicia est habitus a quo h̃ntes talem habituz opatiui sunt iustoꝝ t quo iusta faciunt t volũt Et in ꝑdicta diffinitione tria tanguit: q̃ causant in homie ꝑ habitũ iusticie. Primo tangitur inclinatio ad opus iusticie. ꝓpter qđ dr in diffinitione(opatiui iustoꝝ.) Scõo tangit opatio iusta. Et tercio q; habeat voluntate opandi iusta. Et ꝓportionabiliter dicendũ est de iniusticia

Sciendũ tercio. q; nõ est eodẽ mõ in scientijs habitib; et potentijs. q; eadẽ est potentia ꝯrarioꝝ. sicut album t nigrum ptinent ad potentiã visiuã. Siliter ad eandẽ sciẽtiam ptinent ꝯraria. sicut sanũ t egrum ad medicinã. sz habitus non se habet ad contrariũ. imo cuiuslibet habitus est vnus actus determinatus respectu obiecti determinati. sicut ab habitu sanitatis nõ procedũt ea que sunt ꝯraria sanitati. sed solũ ea que sanitati ꝯgruunt. Unde licet scia ,put est quedã cognitio ad cõtraria se habeat inquantũ vnũ contrarioꝝ est rõ cognoscendi alteruz. tñ ꝓ quanto scia est habitus se habet tm̃ ad vnũ. que est cognoscere veritatem. t non se habet ad ꝯrariũ: scz ad errorem. Et sic bñ dictũ ẽ q; ꝑm iusticiam hoies sunt operati iustoꝝ t nõ iniustoꝝ. Sciendũ quarto. q; si vnũ oppositoꝝ dicatur multipliciter. ita t reliquũ Iniusticia aũt dr multiplr. ideo et iusticia. Vñ iniustus dr multipliciter Uno mõ iniustus dr illegalis. q̃ scz facit ꝯra legez. Secundo dr iniustus auarus. qui scz vult plus habere de bonis q̃ deceat ipsum Tercio mõ dr iniustus ineq̃lis. q̃ scz vult habere de malis plus q̃ deceat ipsum Et similiter iustus multipliciter dr Uno mõ legalis. qui scz est observator legis Scõo mõ dr iustus equalis. qui scz vult habere equaliter de bonis t malis. naz equale opponitur ei quod est in plus. t ei qđ est in minus. et sic ille mod9 cõprehendit duos modos. q; opponit scõo t tercio modis iniusti. qui q̃dem duo modi iniusti reducũtur ad vnũ. scz ad inequale. t sic duplex est iusticia. scz legalis t equalis. et silr duplex est iniusticia. scz inequalis t illegalis.

Conclusio prima

Justicia est in volũtate sicut in subiecto. Patet ꝑ ꝓmuue dictũ. q; cõiter dr q; tuor virtutes cardinales pficiũt quatuor potentias. scz prudentia rõem. iusticia voluntatem. fortitudo appetitũ irascibilem. temperantia cõcupiscibilem Conclusio secunda. iusticia est circa operationes t non circa passiones. Patet qa est in appetitu intellectiuo. in tali aũt appetitu nõ sunt passiones. imo est ꝓncipiũ opationis. ergo iusticia primo respicit operationez verũ est tñ q; ex ꝓsequẽti est circa passiones

Conclusio tercia. iusticia est virt9 moralis. Q; sit virtus patz. q; ꝑ eã reddit9 op9 eius bonuz t ipm̃ pficit. Q; sit moralis pz. q; acquiritur ꝑ moram ꝓsuetudinẽ t doctrinã. talis aũt est virtus moralis. ergo tc.

Ad rationes

Ante oppositũ Ad primaz dicit. q; licet iusticia sit circa exteriores res secũdario t ex ꝓsequẽti. tñ primo et ꝓncipaliter est circa vsum earũ. Ad secũdã t terciaz dr q; licet oĩs virtus moralis sit circa delectatiões t tristicias scõdario t ex ꝓsequẽti tanq̃ circa aliq̃d ꝓsequẽs actum ꝓprium. tñ ꝓmo t ꝓncipaliter iusticia est circa opationes tanq̃ circa materiã, ꝑpriam.

Quia autem illegalis iniustus erat. legalis autem iustus. manifestũ quoniam omnia legalia sunt aliqualiter iusta. determinata autez a lege positiua legalia sunt t vnũquodq; horuꝝ iustum esse dicimus Leges autez dicũt de omnibus ꝓiectantes vel ꝓmuniter conferentes omnibus t vel optimis. vel dominis. vel ꝑm virtutem vel ꝑm aliquẽ aliũ modũ taliũ. Quare ꝑm vnũ q̃dem modũ iusta dicimus factiua t ꝓseruatiua felicitatis. et particularum ipsius politica ꝓmunicatione. Precipit aũt lex t fortis opera facere. puta nõ derelinquere aciem neq; facere neq; abijcere arma t que temperati puta non mechari neq; conuiciari. et que mansueti. puta non contendere neq; percutere. Similiter autẽ t ꝑm alias virtutes t malicias. hec q̃dem iubens. hec aũt prohibens. Recta q̃dẽ q̃ posita recte. deteriora aũt apostediasmenos. Ipsa q̃dem igitur iusticia virtus q̃dem est perfecta sed non simpliciter sed ad alterum. Et propter hoc multotiẽs preclarissima virtutũ videtur esse iusticia. et neq; hesperus neq; lucifer ꝛta admirabilis et prouerbiũ dicentes a;mus Iniusticia autem simul omnis virtus est. et perfecta maxime virtus. quoniam perfecte virtutis vsus est. Perfecta aũt est. qm̃ habẽs ipsam t ad alterũ potest virtute vti. sed non solum ad seipsum. Multi eñ in ꝑpijs quidem virtute

possunt vti Jn his autem que ad alterum non possunt. Et propter hoc bene videtur habere hoc biantis. qm̄ principatus virum ostendit. Ad alterū em̄ t in cōicatione iam ꝓnceps. propter hoc ipsum aūt t alienū bonū videt esse iusticia sola virtutū. quoniā ad alterum est. Alij em̄ ꝓferentia operat vel principij vel communi. pessimus q̄dem igitur qui ad seipsum t ad amicos vtitur malicia. optimus autem non q̄ ad seipsum virtute sed qui ad alterum. hoc em̄ opus difficile. Hec quidem igitur iusticia nō pars virtutis. sed tota virtus est neq; contraria iniusticia pars malicie. sed tota malicia.

Quid autem differt virtus et iusticia hoc est manifestum ex his que dicta sunt. Est quidem em̄ eadem. esse autem non idem sed fm q; ad alterum q̄dem iusticia. fm autē q; talis habitus simpliciter virtus

Querit secūdo Utrū iusticia legalis sit omnis ꝑtus p essentiam. aut habitus essentialiter distinctus Arguitur ꝓmo q; sit de essentia particularū virtutū. qz vle est de essentia particularū. sed iusticia legalis est ꝓmunis t vlis. vt habet in textu. ergo ꝛc. Secūdo sic. illa virtus non est distincta ab ab alijs cuius actus non est distinctus ab actibus aliarum virtutum. sed actus iusticie legalis est huiusmodi. ergo ꝛc. Jn oppositum est philosophus in textu

Sciendum primo

Q; postq̄ phs distinxit iusticiā. ꝓsequenter determinat de iusticia legali. Primo determinādo de iusto legali. qd̄ ē obiectū iusticie legalis. Unde iusta legalia sunt q̄ sunt determinata p legis positionez que ꝓuenit legalibꝫ vnūqdq; em̄ ipsoꝝ legaliū sic determinatoꝝ dicit esse aliqualiter iustum. Et dicit (aliqualiter) qz nō oīs policia est recte gubernata. ideo legalia (que statuuntur p hmōi leges) non recte sunt simpliciter iusta. Unde leges recte semp intendūt ad vtilitatem totius cōitatis. Unde qz omnis vtilitas humana ordinatur ad felicitatez. ideo iusta legalia dicūtur esse que sunt factiua t ꝓseruatiua felicitatis t participatiua ipsius. t eoꝝ que ordinātur ad felicitatem. vel principaliter sicut virtutes vel instrumentaliter sicut bona exteriora.

Sciendu; scdo q; lex p̄cipit ea q̄ ptinent ad singulas virtutes Precipit em̄ facere opa fortitudinis. puta q; miles non derelinquat aciem neq; fugiat neq; ꝓiciat arma Et similiter p̄cipit q; nullus mechat quo ad tp̄erantiaz et q; vnus nō pcutiat alterum ex ira. qd̄ ptinet ad māsuetudinem. Et similiter de alijs virtutibꝫ. quarū lex actus virtutū iubet. et actus maliciarum prohibet. et hoc si lex recte ponatur. alꝫ si nō sit recte posita dicit apposediamenes. ab a qd̄ est sine. t posedians qd̄ est scia. t manes perscrutatio. quasi lex posita sine pscrutatiōe scientie. Unde lex potest sic diffiniri. Lex est q̄dam rōnis ordinatio ꝓpter bonū ab eo q̄ curā habet cōitatis ꝓmulgata. pmulgatio em̄ est de rōne legis

Conclusio prima

Justicia legalis est q̄dā ꝑtus Probat phs. qz dirigit actiōes nostras ad alteruz vt oportz. ergo est ꝑtus. t est q̄dam spēs iusticie. qz iusticia legalis est spēs boni rōnis qd̄ est in iusticia in ꝓmuni accepta.

Conclusio secūda. iusticia legalis est quedā virtus p̄clarissima omniū virtutū t maxime pfecta. Patz. qz ille (qui habet iusticiā legalem) potest vti virtute ad alterū et nō solū ad ipsuz. qd̄ ꝓtingit de alijs virtutibꝫ. ergo est p̄claríssima. qz clarū est q; lucet alijs t illuminat. Jdeo dicit textꝰ (q; neq; hesperus neq; lucifer) id est stella matutina p̄clarissima ita refulget sicut iusticia legalis. Probatur etiā p dictū biantis. qui fuit vnus de septem sapientibꝫ. dicit em̄ q; principatus virium ostendit vtrū sit perfectus per iusticiam. t voluit habere q; iusticia legalis videtur esse bonū alienū. et alie virtutes intendūt bonuz ꝑ ꝓprium. Ex quo patet q; ille est pessimus qui vtitur malicia non solum ad seipsum. sed etiam ad alios. Sicut ille est optimus qui vtitur virtute nō solum ad seipsum. sed etiā ad alios. sed iustus est hmōi. ergo iusticia ē virtus pfectissima

Conclusio tercia. virtus legalis nō est sine alijs virtutibꝫ. imo includit oēs alias virtutes Patet. qz ad eam ptinet vti virtute ad alium. sed qualibet virtute non potest aliquis vti ad alium. ergo ꝛc.

Conclusio quarta. iusticia legalis est habitus essentialiter distinctus ab alijs virtutibꝫ. Patz qz habitꝰ distinguitur p actus. t actus p obiecta formaliter accepta. modo est alia rō fm se. t alia rō eius vt hz ordinem ad bonū ꝓmune. t alia est rō ꝓtinentie fm se. fm quaz respicit tp̄erantiam fm q; est particularis virtus. t alia est rō boni vt habet ordinem ad bonū publicum.

Ad rationes Ante oppositū. Ad primam dicit q; duplex est vniuersale. Quoddā est vle in p̄dicando. t illud est idez cū particularibꝫ de quibꝫ p̄dicatur. Aliud est vniuersale in causando. et tale est distinctū ab effectibꝫ suis particularibꝫ. Dicitur ergo q; iusticia legalis est quoddam vniuersale in causando. inq̄tum sez dirigit actum cuiuslibet virtutis in bonum ꝓmune. et sic quelibet virtus particularis potest dici iusticia legalis fm q; ordinatur ad bonum commune. Ad secundam dicitur q; aliqua bene distinguūtur specie. que tamen non distinguūtur numero. et ita est in proposito. actus iusticie legalis est singularium virtutum que ab inuicem specie differant. sz non numero loquēdo de numero fm accidens

Querimus aūt eaz que in parte virtutis iusticiam. est em̄ q̄dam vt dicimus. similiter autem et de iniusticia que fm partem. Signum autem qm̄ est fm alias q̄dem em̄ malicias qui

operatur iniuste quidem facit auare. facit autem nihil puta qui abiecit clipeum ꝓpter timorem vel qui maledixit ꝓpter iram. vel q̄ non adiuuit pecunijs ꝓpter illiberalitatem. quādo autem auare facit multotiens neq; ſm talium vnam. ſed tamen neq; ſm omnes. ſm autem maliciam quandā vituperamus eā z ſm iniuſticiam. Eſt ergo alia quedā iniuſticia vt pars q̄dam totius: z iniuſtum quoddā in parte totius iniuſti eius quod ꝓter legem. Adhuc ſi hic q̄dem lucrandi gratia mechat z accipiat. hic aūt apponens z iacturam patiens ꝓpter concupiſcentiam. iſte q̄dem luxurioſus videbitur vtiq; eſſe magis q̄ auarus. ille autē iniuſtus. luxurioſus autem non. Manifeſtuz eā ergo quoniam ꝓpter lucrari. Adhuc circa alias q̄dem omnes iniuſtificationes fit relatio ad quandā maliciam ſemp. puta ſi mechatus eſt ad luxuriam: ſi dereliquit ducem exercitus ad timiditatē. ſi percuſſit ad iram. ſi aūt lucratus eſt ad neq; vnam maliciam. ſed vt ad iniuſticiam. Quare manifeſtū qm̄ q̄dam iniuſticia p̄ter totam. alia in parte. Uniuoca quoniā diffinitio eſt in eodem genere. Ambe eniz in eo q; ad alterū habent potentiaz. Sed hec q̄dem circa honores vel pecunias vel ſalutem vel ſi quodam habeamus vno nomine comꝑ dere hec omnia z ꝓpter delectationem que a lucro. hec aūt circa omnia quecūq; ſtudioſus. Quoniam q̄dem igitur ſunt iuſticie plures. z qm̄ eſt q̄dam z altera p̄ter totā virtutem manifeſtū que aūt z qualis ſumendum. Determinatū eſt vtiq; iniuſtū. z illegale. z inequale. Juſtum aūt z legale et equale. Scōm q̄dem igit illegale prius dicta iniuſticia eſt. q; autem inequale z plus non idem ſed altez vt pars ad totum Qm̄ autem inequale z illegale nō idez ſed alterum vt pars ad totū. Inequale eā omne illegale. Illegale autem non omne inequale. Inequale. plus quidem igitur omne inequale Inequale non omne plus. Iniuſtum et iniuſticia non eadem. ſed altera ab illis. hec quidem vt pars hec autem vt tota. pars enim hec iniuſticia totius iniuſticie. ſimiliter autem et iuſticia iuſticie. Itaq; et de ea (que in parte eſt) iniuſticia dicendū et de iuſto z de iniuſto ſimiliter Secūdum quidem igitur totam virtutem ordinata iuſticia z iniuſticia. hec quidem totius virtutis exiſtens vſus ad alium. ad hec autem malicie dimittatur et iuſtum z iniuſtum. Scōm has eā manifeſtum quomodo determinandum fere eſſe multa legalium a tota virtute p̄cepta ſunt. ſm vnāquanq; eā virtutem precipit viuere. et ſm vnāquanq; maliciam probibet lex. Factiua autem totius vritutis ſunt legalium quecūq; lege poſita ſunt circa diſcipli/nam que ad cōmune. De ea autē que ſm vnāquanq; diſciplinam ſm quam ſimpliciter vir bonus eſt vtrum politice eſt vel alterius determinandum. non enim forte idem z viro bono eſſe. et ciui bono.

Querit tertio. Utrū ꝓter iuſticiaz legalem (que eſt generalis virtus) ſit quedam particularis iuſticia diſtincta eſſentialiꝫ a iuſticia legali et ab alijs virtutib⁹ particularibus. Arguitur primo q; non. quia in virtutibus nihil eſt ſuperfluum. ſicut nec in naturalibus. ſed iuſticia legalis ſufficienter ordinat hominez ad alterum. ergo nō eſt alia ſpecies iuſticie ꝓter iuſticiam legalem. Secundo arguitur ſic. inter vnam perſonam particularem et communitatem ciuitatis mediat domeſtica multitudo. ergo ſi ꝓter iuſticiam legalem (que ordinat ad bonum commune) ſit quedam iuſticia particularis ordinans ad bonum ſingularis perſone. pari ratione erit alia iuſticia ꝓconomica ordinans hominē ad bonū multitudinis ꝓconomice ſeu domeſtice. ſed nulla ponitur talis iuſticia. ergo neq; (ꝓter iuſticiam legalem) ponenda eſt alia iuſticia particularis In oppoſitum eſt philoſophus in textu. Pro reſponſione

Sciendum Q; poſtq; philoſophꝰ oſtendit qualiter ſit iuſticia legalis (que eſt virtus) generalis per cauſalitatem. z ſpecialis ſm eſſentiam. hic conſequēter oſtendit q; ꝓter eam eſt quedā particularis iuſticia. que imediate ordinat hominem ad aliam ꝓfectionem ſingularem. quia iuſticia le

galis immediate ordinat ad bonū ꝓmune

Conclusio Preter iusticiam legalem et etiam preter iniusticiam est q̄ dam particularis iusticia ⁊ etiam iniusticia. Probat phi/ losophus tribus rōibus. Prima est. illō quod inuenitur sine alijs virtutibus ⁊ econuerso distinguitur ab eis. sed inuenitur quedam iusticia ⁊ iniusticia sine alijs virtutib⁹ et in alijs ⁊ ecōuerso. igitur ⁊c. Minor patz. quia ille qui operatur fm alias particulares malicias facit iniuste fm iniusticiam legalem. nō tamē facit amare accipiens ali/ quid de alieno. sicut miles abijciens clipeum in bello ꝓp/ ter timiditatem. vel si hō dicat alteri opprobrium ꝓpter iram. aut qui non prestet auxilium amico suo ꝓpter illibe/ ralitatem. nam iste malicie pūt esse sine auaricia q̄ est spē/ cialis iniusticia. Sed q̄z aliq̄s peccat p auariciam tollēdo aliena. ⁊ tn̄ non peccat fm aliquā aliarum maliciarū. nec fm oēs. sed fm quādam maliciam. ⁊ ꝓpter hoc vitupe/ ratur quasi iniustus. Et sic patz q̄ est quedā iniusticia q̄ nō est tota malicia sed ps malicie. ⁊ p ꝫs est q̄dam iusti/ cia que nō est oīs ꝟtus sed pars ꝟtutū. Scōa ratio ma/ nifestū est q̄ actus ꝟtutum ⁊ viciorū sumunt spēm a fine. Si ergo actus vnius vicij ordinet ad aliquē finem inde terminatū ex hoc ipse sortit quādaz nouā spēm malicie. g̃ si aliquis adulterium ꝓmittat causa lucri. vt sez aliq̄d ac/ cipiat a muliere ꝓprie loquēdo nō est luxuriosus. quia nō intendit in finem luxurie q̄ ordinatur ad satisfaciēdū ꝓcupiscentie. Sed est iniustus quia ꝓtra iusticiam facit ergo iniusticia est quedā spēalis malicia. ⁊ p ꝫsequens iu/ sticia est q̄dam virtus. Tercia rō. sicut nihil est in genere quin sit in aliqua eius specie. ita nihil fit fm iusticiam lega/ lem quod nō ordinetur ad aliquam aliarum maliciarum. sicut si q̄s inordinate lucratus est furripiens bona aliena hoc nō reducitur ad aliquam aliā maliciam. sed ad solaz iniusticiam. Et sic seq̄tur q̄ est quedam iniusticia particu/ laris preter iniusticiam que est tota malicia. Et eadez rō/ ne est alia iusticia particularis preter iusticiam legalem. que est tota virtus.

Conclusio prima

Virtus heroica contrariatur bestialitati. Probatur cōclusio. quia pfectissimum in homīe opponit impfectissimo eius. sed virtus heroica est in homine perfectissima. cum vltra modū ꝯmunem mortificet passiones. et bestialitas est impfectissima cū faciat homines cū bestijs ꝯuenire. ergo ꝯclusio vera. Etiā ꝓbat quab⁹ rōnib⁹ textus Prima est q̄ malicia vel virtus ꝺr ꝓpria homini. ergo malicia nō attribuit bestie. que est infra hominē. neq̄z ꝓtus deo. q̄ est supra hominem. sed virtus diuina (que est honorabilior virtute humana) attribuit deo. et quersitas (que est alia a malicia humana) attribuit bestijs. ergo ⁊c. Secūda rō est. hoīes (in quib⁹ inuenit tanta bonitas q̄ rō eis dñatur vocātur ab alijs viri diuini. q̄ valde admirātur bonitatem eoz. Similiter ex parte malicie bestialitas raro inuenitur in hominib⁹. Tūc arguit sic. sicut virtus diuina raro in bonis inuenitur. ita bestialitas raro inuenit in malis. ergo virtus diuina ⁊ bestialitas videntur sibi inuicez ex opposito respondere.

Conclusio secūda ⁊ respōsiua. virtus heroica ⁊ bestialitas sunt homini possibiles. Probat cōclusio ex dictis q̄ ordo rerū est vt medū attingat ex diuersis partibus vtrūq̄z extremū. sed hō mediat inter substātias separatas ⁊ bestias. ergo possibile est q̄ hō participet virtutes vtroq̄z. que sunt heroica ⁊ bestialitas. Potest etiā probari ꝯclusio p̄ ea que dicta sunt de homero. ⁊ hec de primo. Quātum ad secūdum

Dubitatur primo

Quot modis causat bestialitas in hoīe. Respondet ad dubiū cū textu. q̄ trib⁹ modis aliqui hoīes sunt bestiales Primo ex quersatōe gētis nō legib⁹ rōabilib⁹ gubernate vt ꝓpter cōicatiōem cū barbaris qui rōnabilib⁹ legib⁹ nō gubernātur ꝓpter malā ꝯsuetudinem ꝯmunē aliqui incidunt in maliciā bestialem. Secūdo fiūt aliq̄ bestiales ꝓpter vehemētes egritudines ⁊ orbitates. i. alias ꝰ amissiones. ex q̄b⁹ ds incidit in amentiā ⁊ fit q̄si bestialis Tercio ꝓpter magnū augmentū malicie ex quo aliq̄ superexcellenter infamant. ⁊ dicūtur bestiales sicut aliq̄n aliquē vocamus porcinū aut leoninū ⁊c.

Dubitat secūdo vbi determinat de bestialitate. malicia ⁊ incōtinentia. Respondet q̄ de bestialitate posteri⁹ in hoc libro fiet q̄dam recordatio. sed de malicia virtuti opposita determinatū est ꝓus dum de virtute determinaretur. De incōtinentia vero (que vituperat circa delectationes. ⁊ de malicia que vituperatur circa tristicias. et de continentia que laudatur circa tristicias) nunc est determinādum. ita tamen q̄ non existimemus hos habitus neq̄ eosdē virtuti ⁊ malicie genere diuersos

Ad rationes Ante oppositū Ad primam dicit. q̄ pfectiones numero distinguūtur per pfectibilia. sed nō specie. robur em̄ robusti est perfectio. et tamen conuenit brutis ⁊ hominib⁹ Ad secūdam dicitur q̄ non est simile. de bestijs et hominib⁹. sicut de hominib⁹ ⁊ substancijs separatis. eo q̄ homo et substantia separata libere procedunt ex suis actibus ⁊ non brutum ⁊ homo Ad terciam dicitur. q̄ licet bestialitas faciat hominem gaudere in delectationibus non naturalibus homini fm q̄ habet vsum rationis. ille tamen delectationes sunt homini naturales habenti appetitum quersum ⁊ iudicū rōnis corruptum extra ꝯmunē maliciam hominū

Idetur vtiq̄z cōtinentia ⁊ perseuerantia studiosorū ⁊ laudabiliū esse. Incontinen

tia autez ꝛ mollicies prauoꝝ ꝛ vituperabilium Et idem continens et permansiuus in ratione ꝛ incōtinens et egressiuus a ratione. Et incontinens q̄dem sciens. quoniā praua agit propter passionem. Contin⁹ aūt sciens quoniam prane ꝓcupiscentie non seq̄tur ꝓpter ratiōem Et tēperatū q̄dem ꝓtinentē ꝛ pseueratiuū. talem autē hi q̄dē omnē temperatū. hi autez non et intemperatū incōtinentem. ꝛ incōtinentem intemperatū confuse. hi autē alteros esse aiunt prudentem aūt quādoq; q̄dem non aiunt ꝓtingere esse incontinentē. Quādoq; autē quosdā prudentes existentes et deynos incōtinentes esse. Adhuc incontinentes quidem dicuntur ꝛ ire ꝛ honoris ꝛ lucri. que quidem igitur dicūtur hec sunt

Querit̄ tertio.

Vtrū ꝓtinētia sit virtus. Arguit̄ q̄ nō q; spēs nō ꝓdiuidit̄ generi. sed ꝓtinentia in textu ꝓdiuiditur virtuti. ergo nō est virtus. Secundo sic. nullus vtendo virtute peccat. q; virtute nullus male vtit̄. sed aliq̄s ꝓtinendo ꝑt peccare. puta si desiderat aliq̄d bonuz facere ꝛ ab eo se ꝓtineat. ergo ꝓtinētia nō est virtus

Tercio sic. nulla virtus retrahit hominē a licitis. sed ꝓtinentia retrahit hominē a licitis. ergo ꝓtinentia nō est virtus In oppositū arguit̄. q; habitus laudabilis videtur esse virtus. sed ꝓtinētia est hmōi. ergo ꝛc. Primo aūt videbit̄ de q̄sito. Scdo erūt dubia. Quātū ad p̄mū

Sciendum primo

Q; postq̄ phus distinxit ꝓtinentiam ab alijs que sunt eiusdē generis. Consequēter determinat de ea. ꝛ etiam de incontinentia. perseuerantia. ꝛ mollicie. Et primo ponit probabilia. deinde dubitationes ꝛ dubitationum solutiones. Primum probabile pertinet ad bonitatem et maliciam illorum habituū. scz q; continentia ꝛ pseuerantia videntur esse studiosoꝝ ꝛ laudabilium. incontinētia vero. prauoꝝ. et mollicies vituperabilium. Secūdum pertinet ad rationes diffinitiuas. ꝛ est q; ꝓtinens videt̄ esse idem q; permansiuus in ratione. et in illo q; fm rationem iudicat esse agendū. et incontinens esse idem q; progressiuus a ratione. Tercium pertinet ad actus ipsoꝝ. ꝛ est q; incōtinens scit aliqua esse praua. ꝛ tamen agit ea ꝓpter passionem. sed continens patitur ꝓcupiscentias q̄s scit esse malas sed non seq̄tur eas ꝓpter iudicium rationis. Et hec duo sunt etiam attendenda ad pseuerantiā et molliciem ꝛ circa tristicias. Quartum est de compatione eoꝝ ad temperantiam. videlicet q; videtur temperatus esse continens et perseuerans. et intemperatus esse incōtinens sine quacūq; distinctione. Alij vero aliter posuerūt. Quintū est qđ accipitur per ꝓparationem ad prudentiam. et est q; q̄dam dixerunt prudentē non posse esse incōtinentem. Alij vero volūt prudentes vt deynos id est ingeniosos esse incontinentes. Sextum est de materia predictoꝝ habituū. et est q; quidam dicūt continentiam ꝛ incontinentiam non solum concupiscentiarū. sed etiam honoris lucri ꝛ ire esse. Et hec sunt sex que coīter solent dici de p̄dictis habitib⁹. quoꝝ tria ꝓma sunt de ipsis fm se. sed alia tria sunt de ipsis ad alia ꝓparatis

Sciendum secūdo q; hoc nomen continentia accipitur dupliciter a diuersis. Nam quidam continentiaz appellant per quam aliquis ab omni delectatione venereq; abstinet. Et talis continentia est adhuc duplex. Quedam est principalis et perfecta. et illa est virginitas. Alia est secūdaria. que vocatur viduitas. Alij vero dicūt cōtinentiam esse ꝓpter quam aliquis resistit concupiscēcijs prauis que in eo vehementes existūt. et sic capit philosophus ꝓtinentiam in hoc libro. vt videlicet est habitus quo habens ipsum se tenet cum ratiōe ꝛ pugnat cōtra ꝓcupiscentias operando ꝓtra eas

Conclusio prima

Continētia primo modo accepta scz ꝓ habitu quo aliquis ab omni actu venereo abstinet ꝛ delectatione est virtus perfecta. Probatur conclusio. quia talis continentia est idem q; virginitas vt dictum est. sed virginitas est virtus moralis perfecta. vt supra dictum est. ergo conclusio est vera

Conclusio secūda. ꝓtinentia secūdo modo accepta. p habitu quo aliquis resistit ꝓcupiscentijs prauis non est virtus perfecta. sed habet aliquid de rōne virtutis. Prima pars ꝓbatur. q; virtuosus p virtutez delectabiliter operatur. sed ꝓtinens per ꝓtinentiam cū tristicia operat̄ et cū difficultate. ergo ꝓtinētia illo modo accepta non est virtus ꝑfecta. Secūda pars patz. quia per continentiaz ratio firmatur contra passiones ne ab eis deuincat̄. non tamen ideo accedit ad perfectā rationem virtutis moralis fm quam etiam appetitus sensitiuus subditur rationi. Et ideo dicit philosophus q; continentia non est virtus. sed quodāmodo mixta est cum virtute. inquantum scz habet aliquid de virtute ꝛ deficit in aliquo a virtute. capiendo tū nomen virtutis cōmuniter pro ꝙlibet principio laudabilium operum continentia potest dici virtus Et hec de primo. Quātum ad secūdum

Dubitatur primo

In quo ꝓuenit et in quo differt ꝓtinentia vt hic accipitur cum virtute. Ad dubium respondetur q; ꝓtinentia cōuenit cū virtute. eo q; aliquo mō hz ipsam ꝛ operatur ꝓtra motū passionum. Sed differt a virtute perfecta q; virtuosus operatur per virtutem cum delectatione. sed ꝓtinens licet per ꝓtinentiam bona operetur. tamen cuz tristicia et difficultate operatur.

Dubitatur secūdo circa rationem in oppositum vtrū omnis habitus laudabilis possit dici virtus. Ad dubium respondetur q; non si virtus proprie sumatur. sed ad hoc q; virtus sit habitus laudabilis requiritur q; fm ipsum appetitus sensitiuus sic subdatur rationi q; in eo insurgant vehementes passiones contrarie rationi. Et etiam requiritur q; fm talem habituz homo delectabiliter operetur ꝛ sine difficultate. quod non ꝓuenit continēcie

Ad rationes Ante oppositū Ad p̄mam dicitur q̄ philosophus condiuidit continentiam virtuti quantum ad hoc q̄ deficit a virtute. Ad secundam dicitur q̄ ille solus dicitur vere continens qui tenet se ab eo quod est fm rationem peruersam rationi autez recte non opponuntur concupiscentie bone. et ideo proprie z vere continens est qui persistit in ratione recta abstinens a concupiscentijs prauis: non autem qui persistit in ratione peruersa abstinens a concupiscentijs bonis. sed hic magis potest dici obstinatus in malo. Ad terciam dicitur q̄ virtus perfecta abstinere potest a quibusdam licitis bonis inquantum sunt minus bona vt totaliter intendat perfectionibus bonis. z sc̄m hunc modum continentia primo modo accepta non solum abstinet ab illicitis sed etiam a licitis modo iam dicto. sed continentia secundo modo accepta (de qua ē hic ad propositum) nullum retrahit a licitis bonis.

Dubitabit autem vtiq̄ aliquis qualiter existimans recte incontinens est quis. scientem quidem igitur non aiunt quidam possibile eē Durum enim scientia existente vt estimabat socrates aliud quidem imperare z trahere ipsuz quemadmodum seruum. Socrates quidem enim totaliter pugnabat ad rationem vt non existente incontinentia. Nullum em̄ existimātem operari preter optimū. sed propter ignorātiam Iste q̄dem igitur sermo dubitat de apparentibus manifeste et optimum querere circa passionem si propter ignorantiam quis modus sit ignorantie. quoniam enim non existimat quidem incontinens existens ante in passione fieri mām. Sunt autem q̄dam qui hoc q̄dem concedunt. hoc autem non. Scientia q̄dem em̄ nihil esse melius confitentur. nullum autem operari preter opinatum melius nō cōfitentur. et propter h̄ incontinentē aiunt non scientiam habentem imperari a voluptatibus sed opinionem. Sed tamen si q̄dem opinio et non scientia neq̄ fortis suspicatio contrahens sed quieta. quēadmodum in dubitantibus venia ei q̄ō est nō manere in his ad cōcupiscentias fortes. malicie autē non venia neq̄ alioz nulli vituperabilium: Prudentia ergo protendente hoc enim fortissimum. Sed incontinens erit em̄ idem simul prudens z incōueniens. dicet autem vtiq̄ nullus prudentis esse operari volentem prauissima. Luz bis autem ostensum est prius quoniam actiuus quidem prudens. extremorum em̄ aliquis z habens alias virtutes Adhuc siquidem in eo q̄ est concupiscētias habere fortes z prauas cōtinens non erit temperatus cōtinens neq̄ cōtinens temperatus. neq̄ em̄ q̄ valde temperati neq̄ prauas habere. sed tamen oportet quidem. Si quidem em̄ bone concupiscentie prauus prohibens habitus non sequi. quare cōtinentia non omnis studiosa. si autem infirme et non prave nichil venerabile. neq̄ si prave z infirme nichil magnum. Adhuc si omni opinioni permansiuum facit continentia prava. puta si et false. Et si ab omni opinione incontinentia egressiuum erit aliqua studiosa incontinētia. puta sophoclis. neoptolemus. in philotete. laudabilis enim non permanēs. Quibus suasus est ab vlixe propter tristari mentiens. Adhuc sophisticus sermo mentiens dubitatio propter inopinabilia enim velle arguere vt sapientes sint cum attingunt factus syllogismus dubitatio fit ligata. est enim mens manere non velit propter non placere conclusum. procedere autem non possit propter soluere non habere sermonem Accidit autem ex quodam sermone imprudentia cum incontinentia virtus. contraria enim operatur quorum opinatur propter incontinentiam. opinatur autem bona mala esse et non oportere operari. quare bona et non mala operabitur. Adhuc in persuaderi operans z perse quens delectabilia z eligens. melior vtiq̄ videbitur eo qui nō propter ratiocinatōem sz p pter incontinentiam. Sanabilior em̄ propter

dissuaderi vtiqz. incontinens autem reus pro uerbio. in quo aimus quando aqua suffocat quid oportet adhuc bibere. Si quidem enim persuasus esset que agit dissuasus vtiqz quiescere. nunc autem non suasus nihil minus talia agit. Adhuc si circa omnia incontinentia est z continentia quis simpliciter incontinens nullus enim omnes habet incontinentias. aimus autem quasdam esse simpliciter dubitationes quidem igitur tales quedam accidunt. horum autem hec quidem interimere oportet. hec autem relinquere. Solutio autem dubitationis inuentio est. Primum quidem igitur intendendum vtrum scientes vel non. z qualiter scientes. Deinde circa qualia continentem et incontinentem ponendum. Dico autem vtrum circa omnem delectationem z tristiciam vel circa quasdam segregatas & continentem z et perseueratiuum vtruz idem vel alter est. Similiter autem de alijs quecunqz cognata speculationis sunt huius: Est autem principium intentionis vtrum continens et incontinens sunt in circa que vel in qualiter habentes differentiam. Dico autem vtrum in circa hoc soluz esse incontinens vel non. vel in vt vel non sed in ex ambobus. deinde si circa omnia est incõtinentia z continentia vel non. Neqz enim circa omnia simpliciter est incontinens. sed circa que intemperatus: Neqz enim in ad hoc simpliciter habere. idem em̃ vtiqz esset intemperãtie sed in sic habere. hic em̃ quidem ducitur eligens estimans semper oportere presens delectabile psequi. hic autez non existimat quidem persequitur autem. De eo q̃dem igitur quod est opinionem veram sed non sciam esse p̃terq̃ incontinenter agunt nihil differt ad rationem. Quidã em̃ opinantium non dubitãt. sz existimant certe scire Si igitur propter quiete credere opinantes magis scientiby preter opinionem agunt nihil differt scientia ab opinione. Quidam enim credunt nihil minus quby opinantur q̃z alteri quibus sciunt. Manifestat autem eraclitus. Sed quia dupliciter dicim9 scire etem̃ habens quidem non vtens autem scientia et vtens dicitur scire. Differt habẽtem quidem non speculantem autem z speculãtem agere que non oportet agere ab eo qõ est habentem z speculantem. hoc em̃ videtur durũ sed non si non speculãs. Adhuc quia duo modi propositionum quibus oportet habentem vti quidem vtraqz nihil prohibet operari que preter scientiam vtentem quidẽ vniuersali. sed non ea q̃ s̃m partẽ. operabilia enim singularia differt autem z vniuersale. hoc quidem em̃ in seipso. hoc autem in re est. puta quoniam omni homini conferunt sicca. z quoniam iste homo. vel quoniaz siccum quod tale. Sed si hoc tale vel non habet vel non operatur. s̃m vtiqz hos differt modos impossibile tantum vt videatur. Sic quidem scire nihil inconueniens aliter autem admirabile. Adhuc habere scientiam s̃m alium modum a nũc dictis existit hominibus. in habere quidem enim nõ in vti autem differentem videmus habitum. quare z habere aliqualiter et non habere. puta dormientem et maniam patientem z vinolentum Sed tñ sic disponũtur in passionibus existentes Ire em̃ z ꝓcupiscẽtie venereoz̃ z quedam talium manifeste z corpus transmutant. quibusdam autem z insanias faciũt. Manifestũ igitur quoniam similiter habere dicenduz incontinens his. Dicere autem sermones eos quia scientia nulluz signum. etem̃ in passionibus his existentes demonstrationes. z verba dicat empedoclis et p̃mum dicentes complectũtur q̃dẽ sermones. sciũt autẽ nequaqz opor-

tet em̃ cõnasci. hoc autẽ tempore indiget. qua re quemadmodum similantes sic existiman/ dum dicere et incontinens. Adhuc autez ꝛ sic naturaliter vtiꝫ aliquis respiciet causam. hec quidem em̃ vniuersalis opinio. altera autem de singularibus est quorũ sensus iam propri/ us. cum autem vna fiet ex ipsis necessariũ con clusum hic dicere animam. in factiuis autem operari confestim. puta si omne dulce gustare oportet. hoc autem dulce vt vinũ aut aliquod singularium necessarium potentem et non p/ hibitum simul hoc ꝛ operari. Quando qui/ dem igitur vniuersalis insit prohibens gusta/ re. hoc autem quoniaꝫ omne dulce delectabi/ le. hoc autem dulce hoc operatur. si forte con cupiscentia existente insit. hec quidem dicit fu gere hoc. concupiscentia autem ducit em̃ mo uere vnam quam potest particularuꝫ quare ac cit a ratione aliqualiter ꝛ opinione incontinen ter agere. Non cõtrarie autem fm seipsam sed fm accidens. concupiscentia enim contraria sed non opinio recte rationi. quare et propter hoc bestias non incontinentes. quoniam non habent vniuersalem opinionem. sed singulari um fantasiam et memoriam. Qualiter autem soluitur ignorãtia et rursus fit sciens inconti/ nens eadem ratio que et de vinolento et dor/ miente et non propria huius passionis quam oportet a phisiologis audire. Quia autez vl/ tima propositio et opinio sensibilis ꝛ principa lis actionum hanc vel non habet in passione ens. vel sic habet vt nõ erat in habere scire. sed dicere quemadmodum vinolentus que empe doclis et propter non vniuersale. neqꝫ scientifi cum similiter esse videri extremum terminum vniuersalium. et videtur ꝙ querebat socrates accidere. nõ em̃ principaliter esse visa scientia presente fit passio neqꝫ ipsa attrabitur propter passionem. sed sensibili. de eo quidez igitur qõ est scientem vel non et qualiter scientem cõtin git incõtinenter.

Querit quarta. Utrum aliquis possit operari in/ continenter contra suam scientiam. rõne in eo recta per/ manente Argguitur primo ꝙ non. quia sic voluntas et ratio ab appetitu sensitiuo traherentur. sed hoc nõ potest fieri. qz appetitus est materialis. ꝛ materiale nõ potest ad se trahere imateriale. cuiusmodi sunt rõ ꝛ volũtas. ꝛ cõ firmatur. qz agens volũtarũ non agit nisi illud qõ appe/ tit. sed nihil appetitur nisi bonũ. ergo rõne ꝑmanente rec ta nullus incõtinenter agit Secũdo arguit. si aliquis ageret contra suam scientiam hoc esset propter passionẽ sed hoc non potest esse. quia passio non potest trahere sci entiam. nam in homine nihil videtur fortius sciẽtia. mo/ do fortius non vincitur a debiliori. Et confirmatur. qz dignius natum est trahere ꝛ vincere minus dignum. er go si ratio recta manserit in continente ipsa in opere im/ pedit incõtinentem Tercio arguitur sic. incõtinens rẽ pore quo incontinenter agit enũciat se malum agere. er/ go in eo ratio non permanet recta In oppositũ est phi/ losophus in textu. Primo videbitur de questo. secũdo erũt dubia. Quãtum ad primũ

Sciendum primo

Qꝫ postqꝫ philosophus posuit quedã probabilia circa continentiam ꝛ incõtinentiam. Hic cõsequenter mouet dubitationes circa ipsa probabilia. Quarum prima est questio presens que mouetur circa terciuꝫ probabile de actu continentis et incontinentis. Secũda dubitatio est circa quintum probabile. quod est de comparatione con tinentie ad prudentiam. que talis est. vtrum incontinẽs habeat prudentiam ꝓtradicentem. id est que in contrari/ um tendit. Tercia dubitatio est circa quartum probabi le. quod est de comparacione continentie ad temperanti am. et est vtrum continens sit temperatus. et incõtinẽs intemperatus. Quarta dubitatio est circa secũdum pro babile. quod est de diffinitione continentie. et est vtrũ scz continens sit idem ꝙ permansiuus in ratione. Quinta dubitatio est circa primum probabile. quod erat de bo/ nitate ꝛ malicia continentie ꝛ incontinentie. et est vtruꝫ continentia sit bonorum et laudabilium. et incontinẽtia prauorum et vituperabilium. Sexta dubitatio est circa sextum probabile. quod est de materia ꝓtinentie ꝛ incon tinentie. et est vtrum continentia et incontinentia non so lum sint ꝓcupiscentiarum. sed etiam ire lucri ꝛ aliorum huiusmodi. Et harum dubitationum solutiones ponit philosophus in hoc septimo. non tamen eodem ordine quo probabilia posuit. nec quo dubitationes induxit. sed fm ꝙ exigit ratio doctrine. prout scz solutio vnius dubi/ tationis ex altera dependet. Pro solutione prime dubi/ tationis que est questio presens

Sciendum est secũdo. ꝙ incontinẽs ꝛ intemperatus diuersimode se habent circa eandem materiam. scz circa delectationes tactus. incontinens em̃ habet rõnem non rectã. vtputa ꝙ fornicatio est ꝓmittẽda. et ideo nõ ex elec tione sed ex passione sequtur prauas ꝓcupiscentias. Et in temperatus habet rationem querlam. ꝛ ideo ex electiõe

et determinato proposito exequit delectatões. Ex hoc igitur est dubitatio presens mota. scz vtrum recta ratõe permanẽte stet aliquid incõtinẽter agere. Pro cuius solutione premittũtur aliqua preambula. Primum est. q̃ duplex est syllogismus. s. speculativus qui ordinatur ad ostẽdendum ꝓclusionem esse veram. t practicus qui ordinatur ad finaliter ostendẽdum conclusionem esse operabilem a nobis. Aliud preambuluz ẽ. q̃ due sunt propões syllogismi practici. s. maior t minor. quarum quidem minor de necessitate est particularis. cum operatio sit singularium. Potest igitur titulus questionis ſm tres diuersitates cognitõis intelligi tripl'r. Primo sic. vtrum ꝓtingat aliquid operari contra sciẽtiam propositõis vl's rõne recta ꝑmanente. Est eñ quedam ꝓgnitio vniuersalis. vt ꝓgnitio huius propõis. nullum delectabile est inordinate prosequẽdum. Et alia ꝓgnitio est particularis vt ꝓgnitio huius propõis. hoc delectabile quod est inordinatum nõ est prosequẽdũ. Alius sensus est. vtrũ ꝓtingat aliquẽ operari ꝓtra sciam habitualem sine actuali cõsideratõe. Alia est actualis que est cum actuali ꝓsideratione. Et quia in habitu dupl'r habetur scientia. vno modo in habitu libero t expedito. alio modo in habitu ligato. Et differunt iste due ꝓgnitiones habituales. quia in ꝓgnitiõe habituali libera habens quãdo vult actualiter desiderat sine mutatione aliqua. Sed habens habitum ligatum nõ exit in actum quãdo vult sine mutatiõe aliqua in eo facta. vt ebrius in fantasia ligatus propter motum fumozum nõ est natus speculari nisi post ꝓsumptionem fumozum impediẽtium eius fantasiam. Et sil'r demẽtiam patiens nõ potest actualiter ꝓsiderare nisi remota turbatione quam patitur

Conclusio prima.

Recta ratõe permanẽte t integra quo ad maiozem t minozem ſm actuz nõ potest quis incõtinẽter agere. sed rõne recta ꝑmanẽte ſm actum quo ad maiozem tm̃ põt qs incõtinẽter operari. Prima pars patet. quia sic ꝓtraria operaretur. maior eñ t minor in syllogismo practico conclusionem habent in opere Si igitur minor debite sumatur sub maiori nẽcaria ꝓclusio ꝓgnoscitur. sicut in syllogismo speculativo cognita maiori t minori. t minori debite subsumpta sub maiori simul ꝓgnoscit ꝓclusio Exemplum de syllogismo practico qui potest sic dari nulla fornicatio est facienda. sed aliqua fornicatio est delectabilis. ergo nõ omne delectabile est faciẽdum. Secunda pars probatur. quia habens talem ꝓgnitionem nõ actualiter subsumit minorem sub maiori. ergo potest operari actualiter t iudicare ꝓclusionem repugnãtem ꝓclusioni syllogismi practici esse bonam Conclusio secũda. incontinens habet rectam rationem cum ꝓgnitõne maioris ſm actum t habitum. tamen nõ liberum sed ligatum. Probatur ꝓclusio. quia bestie nõ dicuntur ꝓtinentes neq̃ incontinentes. quia rationem nõ habẽt. Unde incõtinens est qui habet ratõem. sed ei nõ immanet. ergo incontinẽter operãs habet ratõem rectam cum ꝓgnitiõe maioris ſm actum t ſm habitũ. vt dicat actu t cõsideret nullum delectabile esse prosequendũ. t habet cognitiõem boni in habitu ligato. vt potest cognoscere aliquã delectatõem inordinatam. puta illam quã prosequi nõ esse prosequẽdam. hanc tamẽ actualiter nõ considerat esse delectationem inordinatam. Ex quo patet q̃ in incõtinẽte nõ totaliter extinguit̃ ratio. qm̃ scz in vniuersali habeat sciam. veram. vt puta si ex pte rõnis hec propositio vl's nullũ dulce est gustandũ Et vltra cõcupiscentia dicat. omne dulce est delectabile. tunc passio appetitus absorbet iudiciuz rõnis quo ad minoꝛ̃. et subsumit sub vniuersali appetitus et non sub vniuersali rationis: t sic sequtur operatio incontinentis Et hec de primo articulo

Quantũ ad secundũ

Dubitatur primo

Utrum aliquis possit firmius adherere debili opinioni q̃ alter sue scientie Respondeꝛ ad dubium q̃ non. si vter q̃ credat se esse taliter habituatuz sicut est Sed si habẽs opinionem debilem hymaginetur se habere eam p̃ propositiones vl's necessarias t credat eam esse sciam potest firmius vel eq̃liter vel fortiter adherere sue opinioni sicut alter sue scientie Et huic cõcordat dcm̃ Auerrois. q̃ fides vel opinio vulgi fortioꝛ est scientia vel eque fortioꝛ. t hoc etiam dicit textus. Dubitatur secundo. vtrum possit impedire actualem consideratiõnem eiusdem ſm habitum Ad dubium respondetur q̃ sic. et hoc cõtingit multipliciter. Uno modo impeditur aliquis si non velit considerare. quod contingit quando voluptas ad aliud inclinat. vnde passio multotiens trahit voluntatem Alio modo impeditur aliquis ab actuali consideratione propter passiones immutantes corpus. sicut in ebrio vel demente. Similiter multis modis contingit q̃ appetitus sensitiuus passionatus extinguit iudicium rationis Uno modo quando appetitus vehementer fertur in suum appetibile tanq̃ in finem. vnde appetitus inquantum corruptibilis est naturalis est. et sic non est obediens rationi. sz inquantũ ab anima est obedit rationi. igitur primi motꝰ nõ sunt criminosi. Allicitur igitur voluntas appetitu sensitiuo tanq̃ vehementer moto ex pulsu passiõis. t sic ei cõsentit. t auertit se a iudicio rationis. nec vult audire rationem Secundo modo cõtingit hoc ex parte fantasie quẽ admodum eñ organum sensituũ ebrij impeditur p̃ motus fumoꝛ̃. sic in incontinente impeditur p̃ motum passionũ Et hec de secundo articulo.

Ad rationes

Ante oppositum Ad primaz dicitur: q̃ appetitus trahit voluntatem mediante rõne peruersa t per appetitum corrupta. licet hoc non posset facere appetitus virtute propria: Ad confirmationem patet solutio ex dictis Ad secundam dicitur. q̃ licet scientia sit fortioꝛ passione et opinione si sit in actuali consideratione. tamen habens habitum scientie t non actum p̃t operari contra suum habitum. impossibile est tamen habentem actualem t habitualem considerationem taz de maiore q̃ de minore contra suam scientiam operari

Ad confirmationem eius dicitur: q̃ non extinguitur ratio scientie que est circa vniuersalia. sed que est circa iudicium particulare. quod pertinet ad partem sensitiuam quodammodo impeditur. tamen pro omnibus. hymaginandum est q̃ omnes virtutes anime radicantur in eadem essentia anime. Ideo quando virtus sensitiua vehementer expulsat trahit virtutes virium superiorum et eas in opere impedit. Ad terciaz dicitur. q̃ aliquis potest dicere aliquam propositionem et eam non intelligere vel habere affirmationem eius in corde. Multi enim vt dicit pꝰus pronunciant verba empedoclis tradentis suam philosophiã metrice: qui tamen eã non intelligunt

Unde videt q licz incõtinẽs verũ dicat. t id quod est rectũ. tñ oppositum eius (qõ dicit) iudicat esse malũ.

Trum aũt est aliquis incõtinẽs simpliciter vel oẽs ſm partem. t si est: circa qualia dicẽdum deinceps. Quoniam quidem igitur circa delectationes t tristicias sunt t cõtinẽtes et perseuerantes t incontinẽtes t molles manifestum. Quia autez sunt hec quidem necessaria faciẽtium delectatõnem. hec autem eligibilia q̃dem ſm seipsa. habẽtia aũt supabũdantiam necessaria q̃dem corpalia. Dico autẽ talia t que circa cibum t venereorũ oportunitatem. t talia corpalium circa que intpantiam posuimus t temperãtiam necessaria quidem nõ eligibilia autem ſm seipsa. Dico autem puta victoriam honorem diuitias t talia bonoz t delectabiliũ. Eos quidem igitur qui adhuc preter rectam rõem superexcellunt eam que in ipsis quidem simpliciter non dicimus incõtinẽtes. apponẽtes autem pecuniarum incontinẽtes t lucri t honoris t ire. simpliciter aũt nõ vt alteros t ſm similitudinez dictos. quemadmodum homo qui olimpia vicit. illi autẽ communis ratio a propria parum differebat. sed tamẽ altera erat. Signũ autem. incõtinentia quidem eñ vituperaſ nõ vt peccatum solũ. sed vt malicia quedam vel simplr existens vel ſm quandam partem. horũ aũt nullus Eorũ aũt que circa corporales voluptates circa q̃s dicimus temperatum t intemperatũ. vel q̃ nõ eligendo in nõ eligere delectabiliũ persequens superabundantias t tristium fugiens esuriei t sitis et calozis t frigozis. et omnia que circa tactum t gustum. si preter electionem t intelllectum incõtinens dicit. nõ ſm appositioem quoniam circa hec quemadmodum ire. sed simplr solũ. Signũ aũt etem molles dicũt circa has circa illarum aũt nullam.

Querit quinto

Utrũ ꝓtinẽtia t incõtinẽtia sint circa ꝓcupiscẽtias delectationũ gustus t tactꝰ. Arguit primo q̃ nõ. qz ꝓtines est pmãsiuus in rõe. t incõtinens est egressiuus a rõne. g̃ ꝓtinẽtia t incõtinẽtia sunt circa ea q̃ maxime abducũt hoiem a rõe sed ira t timiditas magz abducũt hoiem a rõe q̃ delectatiões gustus t tactus. vt terroz periculoz multoz. q̃ stupefacit hoiez. igit Scõdo arguit vt ọ̃t textus. ꝓtinẽtia t incõtinẽtia sunt circa delectatões venereas. sed nõ ois delectatio gustus t tactus est venerea. g̃ ꝓtinẽtia t incõtinẽtia nõ sunt generaliter circa delectatões gustus t tactus. Tercio arguit. delectatões ſm tactum sunt in multiplici dña. nã q̃dam sunt humane t q̃dam bestiales. ſz ꝓtinẽtia t incõtinẽtia nõ ſt circa delectatões bestiales. g̃ nõ debẽt generaliter dici circa delectatões gustus t tactus In oppositũ est phs in textu. Primo videbitur de q̃sito. scõdo erũt dubia. Quantum igitur ad primum

Sciendum primo

Qz̃ posq̃ phs ostẽdit q̃ preter sciam aliquis põt praue opari. p qđ potest sciri q̃d sit ꝓtinẽtia t q̃d incõtinẽtia. hic ꝓinter determinat de materia ꝓtinẽtie t incõtinẽtie. s. de delectatõibus t tristicijs. Pro quo notat phs q̃ eorum que faciunt delectatõem hoi. q̃dam sunt necẽria ad vitã humanã q̃ sunt q̃dam corpalia. que sunt tpantia t intẽperantia. t hec sunt duplicia. nam q̃dam sunt necẽria ad ꝓseruatõem indiuidui. vt cibus t potus. Alia sunt necẽria ad ꝓseruatõem spẽi. vt coitus. Alia vero sunt necẽria hmõi que nõ sunt necẽria homini. sed considerata ſm se sunt eligibilia hoi. cuius in eis ponit eẽ supabũdãtia t defectus. sicut sunt victoria diuitie honores t alia huiusmodi bona delectabilia Sciẽdum secũdo q̃ nomen ꝓtinẽtia importat quãdaz refrenatõem inquãtum scz aliquis se ꝓtinet ne insequaſ passiones. Et ideo ꝓtinentia ọ̃t esse circa illas passiones que impellunt ad aliquid prosequẽdum. in quibus laudabile est vt ratio retrahat homines a tali ꝓsecutione. nec proprie est ꝓtinẽtia circa illas passiones que important quãdam retractionem. sicut sunt timoz t alia hmõi. nam in his laudabile est firmitatem seruare ꝓsequẽdo qđ rõ dictat. Unde cum naturales inclinationes sint principia omnium superueniẽtium. sequit q̃ passiones tanto vehemẽtius impellũt ad aliquid ꝓsequẽdum quanto magis insequunt inclinatõnem nature que precipue inclinat ad ea que sunt necessaria. vel ad cõseruatõem indiuidui. sicut sunt cibus t potus. vel ad conseruatõem speciei sicut sunt actus venereorum. quoruz delectatões ad tactum ptinent.

Conclusio prima

Cõtinẽtia t incõtinẽtia nõ sunt circa ꝓcupiscẽtias delectabiliũ nõ necessariorũ. Probat phs. qz in talibus delectationibus nõ dicimus homines simplr incõtinentes. ſz cũ aliqua additione. puta incontinẽtes pecuniarum lucri honoris vel ire. cuius. sp ꝓtinentie aliquid addẽdo. igit cẽ Scõdo. ꝓbat phs cũ signo. quia incõtinẽtes nõ solum vt peccãtes vitupamus. sed etiã vt malos. sed nullus superabundãs in delectatõibus delectabiliũ nõ nccarioz vituparaſ vt malꝰ. qz eiꝰ appetitus tẽdit in bonũ. sed solũ vituparaſ vt peccãs. qz vltra q̃s oz tẽdit in bonũ. g̃ ꝓtinẽtia t incõtinẽtia nõ ſt circa delcãtões delcãbiliũ nõ nccariorũ

Cōclusio scōa. ꝓtinētia ⁊ incōtinētia sunt simplr circa ꝯcupiscētias delectabilium necessariorum que sunt delectabilia fm gustum ⁊ tactum Probatur quia ꝓtinēs simplr notatur quasi tenēs cum ratōe resistens ꝯcupiscētijs magnis delectationū gustus ⁊ tactus. Et incōtinēs ꝺr ꝓtra rōem insequēs ꝯcupiscētias talium delectationum gustus ⁊ tactus. Et iō dicit phs q illi sūt incōtinētes simplr ⁊ nō cum aliqua additōe q male se habēt circa voluptates cōrpales. circa quas est. tpantia ⁊ intēperātia. non ita q ex electōe ꝓsequāt fugabūdantias delectationum. et fugiat tristicias vt famem aut sitim ⁊ silia. que ptinent ad gustū ⁊ tactū. sed q ꝓter rectam electōem quā habēt et ꝓter intellectū rectum q in eis est ꝓsequunt ⁊ fugiūt ꝓ dicta Scōo probat phs idem ꝙ signū. quia mollicies est ꝓpinqua ꝓtinētie ⁊ incōtinētie. sed mollicies est circa concupiscētias harū delectationū ⁊ tristicias. nā molles dicūtur hoīes q nō pūt pati famem aut sitim aut aliqd hmōi et qui nō pūt sustinere pauptatē. ꝙ ꝯclusio vera. Itē. pbatur ex scōo notabili. Et hec de ꝓmo. Quātū ad scōm

Dubitatur ꝓmo.

Circa signū phi ad probādum ꝓmā ꝯclusionē. quo ꝺr̄ pctm̄ ⁊ malum. Ad dubiū respōdet. put sufficit ad ꝓpositum q sic ꝺifferūt. q pctm̄ potest ꝓtingere cū aliqs prosequit aliquod bonū sed inordinate. sed malicia est ꝙ quaz tendit in aliquod malū. puta cū rō ⁊ appetitus tendūt in malū. ⁊ hec malicia opponit virtuti. Alia est malicia fm ꝓtem quādam. q scz appetitus tēdit in malū. nō aūt rō. sicut ꝓtingit circa incōtinētiam. Dubitat scōo. vtruz incōtinēti debeat venia Ad dubiū respōdetur q non. q licet ꝓpter passionem operetur. hec tamē passio nō debet eum excusare. q nō oīes apponūt sufficientiā diligentie ad repellēdum id quod agit esse malū ⁊ ꝓtra rōem rectā quā habet de vniuersali. Et hec de secūdo.

Ad rationes ante oppositū. Ad ꝓmā dicitur. q licet timiditas et ira magis abducunt hominem a rōe ꝙ alique delectatōes gustus ⁊ tactus. suis tamē nominib⁹ importāt quādam retractōem ⁊ nō refrenatōem. ⁊ ideo circa eas sunt alie virtutes. vt fortitudo ⁊ mānsuetudo. Ad scōam ꝺr. q ꝓtinētia ⁊ incōtinentia ꝓfectius habent esse circa alias delectationes venereas ꝙ circa delectatōes gustus ⁊ tactus. tamen delectatōes veneree nō sunt materia adequata. Ad terciam ꝺr. q circa delectatōnes bestiales nō sunt ꝓtinētia ⁊ incōtinentia simplr. cuius causa ē. qa ꝓtinentia est bonū rationis humane. ideo attēditur circa passiōes hoīm generales. ideo ꝓtinētia ⁊ incōtinētia nō sunt circa delectiones bestiales.

Et ꝓpter hoc in idem incōtinētem ⁊ intemperatū ponimus. ⁊ ꝓtinētem ⁊ tpatum. sed nō illoz̄ nullū. ꝓpter circa eaſdem aliq̄liter voluptates ⁊ tristicias esse. Hij aūt sunt quidē circa hec. sed nō simlik sunt. sed hij q̄dem eligūt. hij aūt nō eligūt. ꝓpter qō magis intpatum vtiq̄ dicemus. qm̄ neq̄ ꝯcupiscens vel quiete ꝓsequitur superabūdantias ⁊ fugit moderatas tristicias. q̄ hunc qui ꝓpter concupiscere valde. quid enim vtiq̄ ille faceret si adesset concupiscentia iuuenilis. ⁊ circa necessarioz̄ indigentias tristicia fortis. Quia autem concupiscentiaz̄ ⁊ delectationū he quidem sunt genere bonoz̄ ⁊ studiosoz̄. delectabilium aūt quedā natura eligibilia. quedam autem cōtraria bonoz̄ q̄dam autem intermedia quēadmodum diuisimus ꝓius. puta pecunie ⁊ lucrum ⁊ victoria et honor. Ad oīa autez̄ talia ⁊ intermedia non in pati ⁊ cōcupiscere ⁊ amare vitupantur sed in aliqualiter ⁊ superabundare. ꝓpter qō quanti qui ꝓter rōnem vel dominant vel persequunt eoz̄ que natura aliquid pulchroz̄ ⁊ bonoz̄. puta circa honorem ⁊ magis q̄ oportet studentes. veluti circa filios ⁊ parentes Et eiī hec bonoz̄ ⁊ laudantur qui circa hec student. sed tamen q̄dam superabundātia ⁊ in his si quis quēadmodū nyobe rebellet ⁊ ad deos vel quemadmodū satirus philopatez cogitominatus circa patrem valde eiī videbat desipere. Malicia q̄dem igitur nulla circa hec est ꝓpter id quod dictū est quoniā natura eligibilium vnūquodq̄ est. ꝓpter seipsum: praue autē est. fugiēde sūt ipsoz̄ superabundātie. Silr autē neq̄ incontinentia. incontinentia eiī non solum fugiendoz̄. sed ⁊ vituperabiliū est. ꝓpter similitudinē autem passionis apponentes ad incontinentiam circa vnumquodq̄ dicūt. puta malum medicum ⁊ malum hypocritam quem simplr vtiq̄ non dicerent malum. quem admodū igitur neq̄ hic ꝓpter nō maliciā esse vnāquāq̄ ipsaz̄. sed in fm analogum simūle sic videlicet ⁊ illic estimandū solā incontinentiam et ꝓtinentiā esse q̄ est circa eadē tpantie ⁊ intēperantie. circa iram aūt fm similitudinē dicimus. ꝓpter qō ⁊ apponētes incōtinentem ire quemadmodū honoris ⁊ lucri aimus.

Queritur

Sexto. vtrū incontinētia sit melior intemperātia Arguit q nō qz intpatus est melior incōtinēte. g intemperātia est minus mala qz incōtinētia. Añs patet. quia intpatus ex psuasione ad hoc opatur mala. incōtinēs vero ex passione

Secōo sic. incōtinētia t intēperātia in idem ponunt vt dicit textꝰ. ergo incōtinētia nō est melior intēperātia. Tenet ꝓnia. qz quecūqz vni t eidē sunt eadē. illa inter se sunt eadem Tercio arguit q ꝓtinētia sit melior tpantia. qz habitus ei⁹ in meliori subiecto ē melior. sed ꝓtinentia est in meliori subiecto qz tēperātia. igitur tē. Minor ptz qz ꝓtinētia est in volūtate. t tpantia ꝓcupiscibili. Et maior patz. qz receptū est in recipiēte fm modū recipiētis.

In oppositum est phs in textu. Primo videbit de qsito. secōo erūt dubia Quantū igitur ad ꝑmum

Sciendum primo

Q; postqz phs ostēdit delectatōes humanas t eas distinxit t ostēdit quō aliquis diuersimode circa eas ꝑt dici ꝓtinēs t incōtinens. hic ꝓnter ex dictis infert q̄daz corelaria. quoꝝ primū est. q in eodē ponūtur incōtinēs t intpatus. nō tamē ita q vnū sit alterū. sed quia sunt eq̄liter circa idem .s. circa coꝛpales voluptates t tristicias. sz nō eodem mō. qz intemperatus operatur cū electōe. sed continēs t incōtinēs sine electione. Secōm coꝛelarium est q magis peccat t vituꝑatur intēperatus qz incōtinens. et sic intēperatus est peioꝛ incōtinēte. Sciēdum secōo. q ꝓtinens t incōtinēs nō differūt fm rōem t appetitū cōcupiscibilem. qz vterqz habet rectam rōem t appetitum. sz sic nō est de tpato t intpato. qz tpatus hz appetitū ꝓcupiscibilem sic domitū q nō hz prauas ꝓcupiscētias. t intēperatus habet appetitū totaliter depꝛauatū

Conclusio prima.

Tpantia est melioꝛ ꝓtinētia. Probat ꝓclusio. quia tpantia est virtus ꝑfecta vt supꝛa dictū est. cōtinētia vero non igitur tē. Item tpatus melioꝛ est ꝓtinēte. igit Añs patz qz melius est nō operari malū t nō habere malas ꝓcupiscentias. sed tpatus nō operatur malū nec habet prauas ꝓcupiscētias. ꝓtinēs vero licet nō opetur malū habet tamē prauas ꝓcupiscētias. g tpatus melioꝛ est ꝓtinēte Item ꝑbatur ꝓclusio. qz bonū virtutis laudat ex hoc q est fm rōem. sed plus viget bonū ratiōis in temperato in q̄ appetitus sensitiuus subiectus est ratiōi t quasi a ratōe domitus. qz in ꝓtinēte in quo appetitus sensitiuus vehemēter resistit rōi ꝓ ꝓcupiscētias prauas. g ꝓtinētia ꝓpat ad tpantiam sicut impfectū ad pfectū Cōclusio secōa. intēperātia est peioꝛ incōtinētia. Probat. qz si vnū oppositoꝝ est melius opposito alterius. suū opositū erit peiꝰ opposito alterius. sed tpantia melioꝛ est ꝓtinētia. ergo intēperātia erit peioꝛ incōtinētia. Secōo probat. qz opari malū ex electione peius est qz opari malū ex passione. sed intēperatus opatur malum ex electōne. incōtinēs vero ex passiōe. ergo intpantia erit peioꝛ incōtinētia Vnde dicit phs q intēperatus peccat ꝓsequēdo supfluas delectatōnes. t fugiendo moderatas tristicias. t nō qz patiat ꝓcupiscētiam. sed incōtinēs peccat ꝓter vehemētem ꝓcupiscētiam. qui em absqz ꝓcupiscētia peccat q̄d faceret si adesset fortis ꝓcupiscētia. qualis est ꝓcupiscētia iuuenum Et si esset fortis tristicia circa indigētias necessariorum. Et hec de primo articulo. Quātum ad secōm

Dubitatur primo

Quot t que sunt genera delectabilium Ad dubiū respondetur fm textū q sunt tria que fm naturā sunt eligibilia ad que sez natura inclinat Alia sunt nō naturalia. sicut sunt illa q̄ sunt cōtra inclinationem nature Alia sunt media inter ista. sicut patet de pecunia honoze lucro t victoꝛia Et circa hec nō vituꝑant aliqui. ex hoc solū q patiūtur eoꝝ ꝓcupiscentiā t amoꝛē. sed ex mō cōcupiscēdi q̄ est supabundans Et ꝑmissis ꝓcludit phs q illi q̄ ꝓter rōem vel hn̄t vel ꝓsequunt naturaliter pulchra nō vituperātur quasi mali vel illi q̄ studeꝛt circa honoꝛē aciscendum vel circa curam filioꝝ vel parentuꝝ magis qꝫ oporꝛet. nam hec sunt bona q̄ circa ipa studeꝛt vt laudātur. sed tamē in talibus potest esse q̄dam supabundātia viciosa. sicut si aliqua mulier ꝓter amoꝛē filioꝝ supfluū contra deū rebelleꝛ ꝓter filioꝝ moꝛtem. sicut fecit molꝛtes Vel si quis ꝓter nimiū amoꝛem parentū aliquid insipiēter agat. sicut satirus q̄ vocatus est philopater. id est amoꝛ patris videbatur insipere ꝓter nimiū amoꝛez quē habuit circa patrē Aristoteles concludit q circa p̄dicta non est malicia. quia vnumquodqz ipsoꝝ in se cōsideratum est natura eligibile. sed sole supabundantie ipsoꝝ sunt ꝓtaue t fugiende Et silr hec incōtinentia est simplr circa p̄dicta. quia incontinentia non solū est fugienda sicut peccatū. sed etiā est vituꝑabilis siue turpis. t ideo circa delectationes coꝛpales que sunt turpes t viles est ꝑpria incōtinentia. que q̄dem delectatōnes nō sunt hmōi attendende nisi ꝓter necessitatē Dubitatur secundo. qre circa delectabilia nō necessaria ponitur incōtinētia cū additione vt dictū est supꝛa. Ad dubium rn̄detur q hoc est ꝓter similitudinem passionis. nam sicut aliquis imoderate concupiscit voluptates coꝛpales. ita etiam pecunias et alia huiusmodi predicta Et ē simile cuz dicim⁹ aliquem hominem esse malum medicum. qui tamen non dicitur simplr malus. In his ergo que dicunt sic esse malum dicimus malicia simpliciter circa vnūquodqz ipsoꝝ. sed circa quandā ꝓportionabilitatē t similitudinem quia sz ita se habet malus medicus ad ea q̄ sunt hominis ita etiam in genere continentie solam illam dicimus continentiam t incōtinentia simpliciter. que est circa eadē cū tpantia t intpantia Sed circa iraz dicimus icontinentiā cum additione appellantes ipsam incontinentiā ire. et sic de alijs Et hec de secundo articulo.

Ad rationes

Ante oppositū Ad primā dr q inconti nens est facilius sanabilis qz intpatus. nam ꝑt castigari monitionib⁹ t ꝑ assuefactionē relinquēdi malas cōcupiscentias. Sed intpatus est male habituatus. nec ꝑ moniciones ꝑt sanari Et licetur aliqñ agat male ꝓter psuasionē ap̄e tamē credens malum esse bonuz ꝓter puersum appetitū siue psuasionem ageret malū Ad secōam pz solutio ex dictis Ad terciam dr q habitus nō capiunt bonitatem a suo subiecto. sed magis ab actu vltimo vel materia circa quā sunt. mō tpantia hz meliorez materiā circa quā qz ꝓtinentia vt dcm est. Aliter ꝑt solui ista ratō sez q voluntas ꝓpinquioꝛ est rōni qz vis cōcupiscibilis. cū bonū rōnis ex quo virtus laudat est magis ex hoc q pertingit nō solum vsqz ad voluntatē. sed etiaz vsqz ad vim cōcupiscibilem. qđ etiā accidit intpato. qz si ꝓtingāt solus ad voluntatem: quod accidit in continente.

Quia autē sunt quedā quidem delectabilia natura. ⁊ horum hec quidē simpliciter. hec autem ꝑm genera ⁊ animaliuz ⁊ hominuz. hec autem non sunt. sed hec quidem propter orbitates. hec autē propter consuetudines fiunt. hec autem propter perniciosas naturas. Est ⁊ circa horū singula sil'es videre habitus Dico aūt bestiales puta eam hominez quā dicunt pregnātes rescindentē pueros deuorare. vel qualibet bestialitate gaudere aiunt quosdam siluestrium circa pontum. hos quidez crudis. hos autem hominū carnibus. hos aūt pueros cōmodare ad inuicem in conuiuiū. vel circa phalarim dictum hij quidem bestiales Hij autem propter egritudines fiunt et maniam quibusdam. quēadmodum matrem sacrificans ⁊ comedens ⁊ conserui epar. Hij autem egritudinales vel ex consuetudine: puta pilorū euulsiones ⁊ vnguium corrosiones. Adhuc autē carbonum ⁊ terre. cum his autē que venereorum masculis. his quidē em̄ naturata. his autez ex consuetudine accidūt. puta assuefactis ex pueris. Quantis quidez igitur natura causa hos vtiqz nullus diceret incontinētes. quemadmoduz neqz mulieres quoniaz nō ducūt sed ducūtur. similiter autē ⁊ egrotatiue habētibꝫ ꝓpter ꝯsuetudinē. Habere quidez igit̄ singula horū extra terminos est malicie. quēadmodum ⁊ bestialitas. habentē aūt superare vel superari nō simpliciter incōtinētia. sed que ꝑm sil'itudinem quemadmodū ⁊ circa iras habentē hūc modū passionis. incontinentē autē nō simpl'r dicendum. Omnis em̄ superabūdās malicia ⁊ insipientia ⁊ timiditas ⁊ intēperantia ⁊ crudelitas he q̄dem bestiales. he aūt egritudinales sunt. Hic quidē em̄ natura talis qualis timere omnia. ⁊ si sonū faciat mus ꝑm bestialē timiditatem timidum. hic aūt iniuste mustelam timuit ꝓpter egritudinem. Et insipientium hij quidem ex natura irrationales ⁊ solum sensu viuentes bestiales. quemadmodū quedam genera longe barbarorum. hij autem ꝓpter egritudines puta epilenticas vel manias egritudinales. Horum autem est quidem habere quedam quandoqz. non supari autem. dico autē puta si phalaris tenuit concupiscens puerum comedere. vel ad venerorum incontinentē delectationem. est autem supari non solum habere. Quemadmodum ⁊ malicia. que quidē ꝑm hominem simpliciter dicitur malicia. que autem ꝑm appositionem quoniam bestialis vel egritudinalis. Simpliciter autez non ꝑm eundem modum videlicet ⁊ incontinentia est hec quidem bestialis. hec aūt egritudinalis Simpliciter aūt que ꝑm humanā intꝑantiam solū qm̄ quidem incontinentia ⁊ continentia est solum circa que est intꝑantia ⁊ tꝑantia. ⁊ quoniam circa alia est alia spēs incontinentie dicta ꝑm metaphorā ⁊ nō simpl'r manifestum.

Queritur septimo

Utrū cōtinentia ⁊ incōtinētia sint circa delectatōes humanas ⁊ bestiales Arguit̄ ꝙ nō. Et ꝑmo ꝙ non sint circa delectatōes humanas tanq̄ circa materiā ꝓpriam qꝛ ꝑm Ambrosiū ꝑmo de officijs. cōtinentia est in omni actu hoīs. sed nō oīs actus humanus ꝑtinet ad delectationē. igit̄ ⁊c. Scdo arguit̄ ad idem. qꝛ ꝑm Tullium secūdo rethorice. ꝯtinentia est ꝑm quā cupiditas gubernatiue regit̄. sed cupiditas est in diuitijs ⁊ nō in delectationibꝫ humanis. ḡ ꝯtinentia nō est circa cōcupiscētias hūanas Tercio arguit̄ ꝙ ꝯcupiscētia sit circa delectatiōes bestiales. qꝛ in talibꝫ cōcupiscētijs est immansio rōnis et egressio a rōne. sed cōtinens est idem qđ ꝑmansiuus rōni. igit̄. ⁊c. In oppositū est ph̄s in textu. Primo videbitur de quesito. De secundo aūt erunt dubia.

Quantū igitur ad primum.

Sciendum primo

ꝙ postq̄ ph̄us ostendit ꝙ diuersimode est aliquis continens ⁊ incontinens dictus ꝑm diuersas consideratōnes humanas. hic consequenter ostendit ꝙ diuersimode dicitur aliquis cōtinens circa delectationes humanas ⁊ bestiales. Primo ostendens diuersitatem delectationū humanaꝝ ⁊ bestialiuz. Et deiñ qūo diuersimode circa eas dicatur continētia et incontinentia Primo igitur đt ꝙ de

lectationum quedã sunt ſm naturã. quedã non. ꝛ vtrãq; ſub diuidit. nam naturalium delectationũ quedam ſunt delectabilia hoi habenti guſtum. alia vero q̃busdam diſ/rẽtijs aialium. naz alij cibi ſunt delectabiles animalibus comedẽtib; carnes. ꝛ alij aialibus comedẽtibus fructus Et colericis delectabilia ſunt naturaliꝛ frigida. que tem/perant eorum complexionẽ. flegmaticis vero calida. Si/militer delectabiliũ nõ naturaliũ quedaz ſunt ꝓpter egri/tudines corporales ſuguenientes. aut etiam ꝓpter triſtici/as aialis. ex q̃bus trãſmutatur natura ad aliam diſpoſi/tionem. vt propter furiam vel aliquid hmõi. ſicut de quo/dam legitur q̃ ſacrificauit matrem ſuam ꝛ comedit eam et q̃ etiã occidit ſeruum ſuum ꝛ eũdem comedit. Alia ſũt delectabilia nõ naturalia ꝓpter malam ꝓſuetudinem que fit quaſi q̃dam natura. ſicut q̃dam propter ꝓſuetudinem delectabaꝛ ſibi euellere pilos. corrodere vngues. ꝛ come/dere carbones ꝛ terrã. ꝛ vti coitu maſculoꝝ. que oĩa ſũt ꝓtra naturam delectabilia. alia ſunt delectabilia innatu/ralia propter ꝓnicioſas naturas. vt cum homĩes habent corruptas ꝛ peruerſas ꝓplexiones corporis. ex quib; ſe/quuntur diuerſe appꝛehẽſiones. ymaginationes ꝛ affec/tiones in ſenſibilibus appetitus. nam iſte potẽtie ſunt cor/porali ꝓplexione proportionate. Exẽplificat pħs de iſtis delectatõibus vltimis. ſicut de quodam homine diceba/tur. q̃ ſcindebat vteros mulierum pregnãtium vt pue/ros in vtero ꝓtentos deuoraret. Et eſt ſimile ſicut ſi q̃s delectaretur in his in quibus dicunt delectari q̃dam ho/mines ſilueſtres qui morãtur circa mare ponticum. quo/rum quidã comedũt carnes crudas. quidã carnes hu/manas. q̃dam vero ſibĩinuicem ad celebrãdum conui/uia filios ſuos accõmodant. Et ſilia ſunt que dicũtur de phalaro crudeliſſimo tyranno qui in talibus cruciatib; hominũ delectabatur. Sciendũ ſecũdo q̃ oĩa delec/rabilia innaturalia predicta poſſunt ad duo reduci. quia vel accidũt hominibus ex natura corporalis complexio/nis quam acceperunt a pncipio vel ex cõſuetudine. quia ſcz aſſueſcũt ad hmõi a puericia. Et ſimile eſt in his qui in hoc incidũt ex egritudine corporali. nam praua ꝓſuetu/do eſt quaſi quedam egritudo aialis. Ex dictis ſeq̃tur q̃ q̃dam ſunt habitus naturales. ꝛ q̃dam nõ naturales. Paret quia ſm diuerſitatem obiectorum diuerſificãtur habitus. ideo ſubiectis p̃dictorum delectabiliũ corrũdet q̃dam habitus. ꝛ ſic ſunt q̃dam habitus naturales ꝛ qui/dam nõ naturales. Et hñtes habitus nõ naturales ſũt quaſi beſtiales ꝓpter corruptelã ꝓplexionis. ꝛ ꝓpter alias cauſas p̃dictas aſſimilant beſtijs.

Conclusio prima

Circa delectatiões beſtiales ſiue naturales nõ eſt cõti/nẽtia ſimpliꝛ. Probatur ꝓclusio duplici ratione pħi. quaꝝ prima ſumitur ex cognitione eorũ que delectantur que ta/lis eſt. beſtie nõ ſunt continẽtes vel nõ ꝓtinentes. eo q̃ nõ habẽt vſem opinionẽ ſed ſingularem memoriam ꝛ fanta/ſiam. ſed homines beſtiales nõ ſunt ſimiles beſtijs. g̃ con/clusio vera. Dino; probatur quia homines beſtiales cũ habeãt appꝛehẽſiones vtis. hoc eſt tamen valde modicũ eo q̃ ratio eſt in eis oppreſſa. vel ex malicia complexionis ſicut oꝓrimit in infirmis ꝓpter indiſpoem corporalẽ. vel ꝓpter maliciam habitus. Sed illud quod eſt modicum quaſi nihil reputatur. nõ em̃ contingit de facili. quia mo/dica vis rationis repellit ꝓcupiſcentias fortes. ergo mi/nor vera. Secũda ratio ſumitur ex ꝓditione delectabiliũ. Circa quã ꝓſiderandum eſt. q̃ exceſſus malicie põt eſſe circa vicia omnib; virtutib; oppoſita. vt circa inſipietiaz que opponitur prudẽtie. nã q̃dã naturaliꝛ ſunt irrõnales nõ q̃ nihil hñt rõnis. ſed q̃ valde modicũ. ſ. circa ſingu/laria q̃ ſenſu appꝛehendũt: ita q̃ viuũt ſolũ ſm ſenſum: ꝛ tales ſunt q̃ſi ſm naturã beſtiales. q̃ꝺ p̃cipue accidit cir/ca quoſdã barbaros in finib; indie. vbi ꝓpter aeris intem/perie hoĩes ſunt male diſpõnis. ex qua impedit vſus rõ/nis Quidã vero irrõnales ꝓpter aliquã egritudinẽ. vt pp ter epilentiã. et iſti ſunt egritudinaliꝛ inſipientes. Item ex/ceſſus malicie põt eſſe circa timiditatẽ q̃ opponitur fortitu/dini. nã aliq̃s eſt naturaliter ſic diſpoſitus vt oĩa timeat etiã ſonitũ muris. ꝛ talis eſt timidus beſtialiter Quidaz vero ꝓpter egritudinẽ incidit in talẽ infirmitatẽ: ſcz timi/ditatis q̃ timuit muſtelã Jtez accidit exceſſus malicie cir ca intpantiã q̃ opponitur tpantie. ꝛ circa crudelitatẽ que opponitur manſuetudini. et circa ſingula eoꝝ q̃ ſunt diſ/põnes beſtiales ꝓpter ꝓnicioſam naturã. ſed q̃ ſupꝛapo/ſunt exempla circa tpantiã et crudelitatẽ. iõ hic nõ exẽplifi cat de ipſis. Tunc ſic arguitur. pati ꝓcupiſcentias pre dictaꝝ delectationũ innaturaliũ ſeu beſtialiũ excedit ter/minos humane malicie. ſicut facit ipa beſtialitas Sz hoc nõ eſt verũ de incõtinentia. ergo circa delectatiões beſtia les ſiue innaturales nõ eſt incõtinentia ſimpliꝛ Cõclu/ſio ſecũda. circa delectationes beſtiales eſt incontinentia ſm quid et ſimilitudinarie ſiue ſm metaphorã. Probat pħs. quia contingit q̃nq̃ q̃ homo habeat quaſdã p̃di/ctarum paſſionũ innaturaliũ. ꝛ non ſupetur ab eis. ꝛ cir/ca eſt ſiliꝛ cõtinentia. puta ſi phalarus tyrannus puerꝝ cõ cupiſcat vel ad vſum interfectionis vel ad incongruã de lectationẽ venereã: ad neutrũ tamẽ ea vtatur. Et ſiliꝛ q̃n q̃ contingit q̃ homo nõ ſolũ habeat hmõi ꝓcupiſcẽtias ſed etiam ab eis ſupatur. hoc aũt eſt ſimile incõtinentie. g̃ concluſio vera: Scõo probat pħs. qz malicia q̃ eſt ſm humanũ modum õꝛ ſimpliꝛ malicia. ſed illa que eſt innaturalis homini õꝛ cũ additione malicia beſtialis vel egri/tudinalis. ꝛ non malicia ſimpliꝛ. g̃ a ſimili incõtinentia be ſtialis ſiue innaturalis õꝛ ſm quid incõtinentia ſiue cum additione. puta beſtialis vel egritudinalis. Et hec de p̃/mo Quantum ad ſecundũ

Dubitatur primo

Que incontinentia dicitur ſimpliꝛ incontinentia. Reſpõ detur q̃ illa ſola eſt incõtinentia ſimpliꝛ. vt dicit textus q̃ eſt ſm intpantiã humanã Et ideo concludit pħs q̃ con/tinentia ꝛ incontinentia ſimpliciter ſunt ſolum circa q̃ eſt temperantia ꝛ intpantia. circa alia vero vt dicit eſt que/dam alia ſpecies incontinentie. que õꝛ ſm metaphoꝛam et nõ ſimpliciter Dubitaꝛ ſecũdo. vtrũ mulieres ſunt incontinentes. Et videtur q̃ ſic. quia ille cuius rõ de faci li poteſt trahi vt ſequatur delectationes guſtus ꝛ tactus õꝛ ſimpliciter incõtinens. ſed ſic eſt de mulieribꝫ igitur ꝛc.

Ad dubium rñdetur cum textu. q̃ mulieres ſimpli/citer nõ ſunt incõtinentes ſed potius molles Patz qz in mulieribꝫ modicũ viget rõ ꝓpter impfectionem corpalis nature: et ideo vt in pluribus nõ ducũt affectus ſuos ſm rõem ſed magis ab affectibus ſuis ducũtur Ex quo ptz q̃ mulieres raro inueniunt ſapientes ꝛ fortes. iõ non ſim/pliciter debent dici continẽtes vel incõtinentes. Et ea/dem diſpõ eſt de illis qui hñt corruptã diſpõnem ꝓpter malã ꝓſuetudinẽ q̃ etiã oppꝛimit iudicũ rõis ad modũ

peruerse nature Ad rōnes dubij dr q rō mulieris ꝓpter eius impfectionē cito cōcupiscētijs trahit. ideo mulier nō est incōtinens simplr sed solum fm quid. Et istud adducit phs ad ꝓbandū q bestiales hoīes nō sunt simpliciter incōtinentes. eo q in eis nō manet simpliciter iudiciū rōnis. sed solū fm quid. ⁊ q̄tum ad hoc vt dt simile ē de mulieribꝫ. Et hec de secundo articulo

Ad rationes ante oppositū Ad primaꝫ rn̄detur q q̄uis nomen tempantie p̄t cōiter accipi in quacunq̄ materia. sed tamen ꝓprie dicitur in illa materia in qua optimuꝫ est hominē refrenare. ita etiam ꝯtinentia proprie dicitur in illa materia in qua optimum et difficilimum est continere se a delectationibus tactus. sed cōmuniter et fm quid potest dici in quacunq̄ alia materia. ⁊ sic vtitur ambrosius nomine continentie Ad secundam dicitur q etiaꝫ tullius vtitur cōmuni noīe continentie. ꝓut comprehendit sub se continentiā fm quid vel accipit cōcupiscentiaꝫ improprie pro cōcupiscentia delectabiliū tactus. Ad terciam patet solutio ex dictis.

Uoniā aūt ⁊ minus turpis incōtinētia q̄ ire q̄ q̄ cōcupiscentiaꝝ speculabimur. Uidet̄ em̄ ira audire fm q̄d rōnem obaudire aūt quēadmodū veloces ministroꝝ puta ante audire om̄e dictū excurrūt: deinde peccant in actione ⁊ canes ante intendere. si amicus. si solū sonitū faciat latrant. sic ira ꝓpter caliditatez et velocitatē nature. audiens q̄dem nō p̄ceptū aūt audiens mouet ad punitionē: rō em̄ q̄dem vel fantasia. qm̄ iniuria vel contēptus manifestauit. hec aūt quemadmodū silogisans. quoniā optet talem oppugnare. Irascitur confestim concupiscentia aūt si solum dicat quoniā delectabile ratio vel sensus mouet ad fruitionem. quare ira q̄dem consequitur rōem aliqualiter. concupiscentia autez non turpior. igitur incōtinens quidem em̄ ire a ratione aliqualiter vincitur. qui aūt concupiscentie ⁊ non a ratione. Adhuc naturalibus magis veniam cōsequi appetitibus. quia ⁊ concupiscentijs talibus magis quante cōmunes omnibus: ⁊ inquantū communes. ira aūt naturalius ⁊ difficultas concupiscentijs. his que supabundantie ⁊ nō necessarijs: quēadmodū rn̄dēs qm̄ patrē ꝑcutit etem̄ iste dixit eū q̄ suijp̄ius ⁊ ille euꝫ qui suijp̄ius ⁊ puerum ostendens. ⁊ iste me dixit cū vir fiat. cognatū em̄ nobis ⁊ tractus a filio quiescere iussit. apud hostia etem̄ ipse trahere patrē vsqꝫ huc Adhuc iniustiores magis insidiātes. iracūdus q̄dez igit̄. nō insidiator neq̄ ira. sed manifestus. ꝯcupiscētia aūt quēadmodū venerez aiūt dolose aūt cypigene ⁊ variam corrigiā. ⁊ homerus deceptio que furata est intellectum spisse sapientis. quare siquidem iniustior ⁊ turpior incōtinētia hec ea que circa irā est. ⁊ simpliciter incōtinētia ⁊ malicia aliqualiter. Adhuc nullus iniuriat̄ tristatus. qui aūt ira facit omnis facit tristatus. iniuriās aūt cū delectatiōe. Si igit̄ quibꝫ irasci maxime iustū hec iiustiora ⁊ incōtinētia que ꝓpter ꝯcupiscētiam. nō em̄ est in ira iniuria. Ex q̄dē igit̄ turpior q̄ circa ꝯcupiscētias incōtinētia ea q̄ circa irā. ⁊ qm̄ est ꝯtinētia ⁊ incōtinētia circa ꝯcupiscentias ⁊ dlectatōes corꝑales manifestum

Querit̄ octauo. Utrū incōtinentia ire sit peior q̄ incōtinētia ꝯcupiscētie. Arguit̄ p̄mo q sic. qꝛ q̄to difficilius est resistere passioni tāto incontinentia est leuior ⁊ fm eraclitū difficiliꝰ est pugnare ꝯtra ꝯcupiscētiā q̄ cōtra irā. g̊ leuior est incōtinētia ꝯcupiscētie. Maior pꝫ. qꝛ dicit phs in hoc libro q nō est admirabile sed ꝯdonabile si q̄s naturalibꝫ cogitatiōibꝫ vincat̄ Scd̄o sic. passio ꝑ suā vehementiā totaliter auferens iudiciū rōnis excusat a peccato. sicut pꝫ de illo q̄ incidit ex passione in iniuriā sed plus manet de iudicio rōnis in incōtinēte ire q̄ in incōtinēte ꝯcupiscētie. qꝛ iratus aliq̄liter audit rōnem. nō aūt ꝯcupiscens. vt dt phs. g̊ incōtinētia ire peior est incōtinentia ꝯcupiscētie. Tercio sic. tanto amplius peccatum est grauius q̄to periculosius. sed incōtinētia ire est periculosior. cū ducat ad maius peccatū. puta ad homicidium. qd̄ est grauius peccatū q̄ adulterium ad qd̄ ducit incōtinētia ꝯcupiscētie In oppositū est phs in textu. Pro primo videbitur de quesito. Secūdo erunt dubia. Quātum ad primum.

Sciendum primo

Q̄ postq̄ phs ostendit diuersimode q incōtinentia est circa diuersa. ꝯsequēter ꝯparat diuersas incōtinentias ad idem Et p̄mo ꝯparat incōtinētiā ꝯcupiscētiaꝝ tactꝰ q̄ est incōtinētia simplr ad incōtinētiam ire. q̄ est incontinentia fm quid. de q̄ in p̄cedēti q̄stione videt̄ dictū. etiaꝫ ꝯparat incōtinētiā humanā ad incōtinentiā bestialē. de q̄ in sequēti questione.

Sciendū secūdo q peccatū incōtinentie p̄t dupliciter ꝯsiderari. Uno mō ex ꝑte passionis ex qua rō superatur Alio modo q̄tum ad mulierem in quod quis incidit a

ratione discedens ꝓpter dominium passionis supra rationem. Tunc sit

Conclusio prima

Incontinentia concupiscētie turpior est et peior ꝙ incontinentia ire. si primo modo ꝙsideret in ipsis de ordine. qz motꝰ concupiscentie habet maiorē inordinationem ꝙ motus ire. Probatur ꝙclusio quatuor rōnib⁹ phi. Prima rō est. ibi est maior turpitudo vbi minus est de rōne. sed in incontinētia concupiscētie est minꝰ de rōne ꝙ in incontinētia ire. g Minor ꝓbat in textu. qz motus ire aliqliter ꝓticipat rōnem inq̄situm iratus tendit ad vindictā iniurie sibi facte qđ rō aliqliter dictat. sed nō ꝓfecte. qz nō intēdit debitus modū vindicte. sed motꝰ concupiscētie totaliter est ꝑm sensum et nullo mō ꝑm rōnem. Et ideo dicit phs ꝙ iratus aliqliter audit rōnem inq̄situm scz syllogisat ꝙ ꝓpter iniuriā sibi factā debeat inferre vindictā. sed obaudit. i. imꝑfecte audit rōnem. qz nō expectat totum iudicium circa q̄stitatē et motū vindicte. et ꝓpter hoc sepe in actione peccat Secūda rō. nam illud est magis turpe qđ est minus naturale. nam illud quod ꝓuenit ex naturali cōpositione corporis reputatur magis venia dignū. sed incontinentia concupiscentie est minus naturalis ꝙ incontinētia ire. ergo incontinētia concupiscētie turpior est ꝙ incontinētia ire. Maior ptz. qz concupiscētijs cōmunib⁹ puta cibi et potus magis datur venia. qz sunt naturales. et hoc si accipiātur in q̄stum sunt cōmunes. nam licet concupiscentia cibi et potus sit cōmunis et naturalis. non tamen concupiscentia cibi sic vel sic ꝓparati. Minor ꝓbatur qz motus ire magis ꝙsequit corporis ꝙplexionem. nā ꝓpter velocitatez motꝰ tolere aliqs videt intendi ad iraz. et ideo promptius irascitur ille qui ꝑm corporis complexionē dispositus est ad irascendū ꝙ cōcupiscat ille qui dispositus est ad concupiscendum. Ex quo sequitur ꝙ ex iracūdis magis nascuntur iracūdi ꝙ ex concupiscentib⁹ concupiscentes. Arguit g sic ad minorē. illud est naturalius qđ magis sequitur ad cōplexionē corporis. puta calidū et frigidū et sic de alijs. sed hoc magis ꝓuenit ire ꝙ concupiscentie. g minor vera. Qz aūt sensualitas ad iram de facili ꝓpagat a patre in filiū ꝙ ꝙsequēs naturalē ꝙplexionem ostēdit phus duob⁹ exemplis. Primū est. qz qdam patrem ꝓcutiens sup hoc reprehensus respōdit ꝙ pater suus ꝓcussisset seniorem patrez et ostenso filio dixit. et iste qñ veniet ad virilem etatez mepcutiet. hoc em̄ generi nostro ꝙnaturale est Secūdū exemplū est de vno alio ꝙ cuz traheret a filio suo ꝓcepit sibi vt ꝯfesceret qñ ꝓueniret ad ostiū. qz ipse vsq; ad illum locuz patrē suū traxerat. Ex quib⁹ ptz ꝙ ira est magis naturalis ꝙ concupiscentia cōis que est necessaria et naturalis circa quam nō multū peccat. Sed hoc intelligit de concupiscentia qua qdam superflua concupiscūtur. circa quam concupiscentiam sunt tpantia et intemperātia Tercia ratio turpius est latenter insidiare ꝙ manifeste. sed incontinēs concupiscentie latenter insidiat querēdo latebras et dolose subintrando. Iratus vero querit manifeste operari. ergo incontinentia concupiscētie turpior est incontinentia ire. Maior ptz. qz insidiātes latenter agūt ex deprauata rōne. et cum hoc ꝙ ledūt etiaz decipiūt. Minor ꝓbatur. qz iratus non esset contentus nisi lesus ab eo sciret se esse lesum. eo ꝙ ipsum offenderat. nec; etiam ira insurgit latenter et insidiose. sed cum quodam impetu. sed cōcupiscētia insurgit latenter et quasi insidiose. nam qz delectabile per se natum est mouere appetitum statim cum apprehēsuz fuerit nisi rō ꝓhibeat. et ideo vocat venus cyprigena. in cypro genita. qz venꝰ fuit regina cypri. et dr esse dolosa et habere variā corrigiā. ꝙ quam intelligit concupiscentia que mentes ligat. Et ꝓpter hoc dicit homerꝰ ꝙ deceptio veneris est furata intellectuz spisse. i. multū sapientis. i. ligat iudiciū rōnis in eis. Quarta rō. concupiscens cū delectatiōe male operat. iratus aūt male operatur quasi quadā tristicia precedente coactus. sed ille est peior qui facit cuz delectatiōe ꝙ qui facit cū tristicia. ergo maiorē habet inordinatiōem in concupiscenti incontinentie ꝙ ire. Minor ꝓbat. quia nullus cum tristicia agens iniuriat. et ꝓpter hoc supra in quinto dictum est ꝙ quicqd inuolūtarie facit per se loquendo non facit inustum nisi per accidens inq̄situm accidit illud qđ agit esse iniustum. sed id qđ cuz tristicia agimus inuolūtarie facere videmur. ergo minor vera. Non tamē est intelligendum ꝙ iratus tristetur de vindicta quam infert. sed tristat de iniuria sibi illata et ex hoc mouet ad iram. Non est etiaz intelligendū ꝙ iratus sit omnino inuoluntarius. qz sic nullo modo vituperaret qđ facit. sed habet volūtatē mixtaz cum inuolūtario. Ex ꝓdictis ꝑz ꝙ irato minus imputat qđ facit inq̄situs. puocatus facit. ille aūt qui infert iniurias quasi ꝑ se iniustuz faciens operat volūtarie et cum delectatione. Et ideo in ipso est primo iniuria que ad iraz puocauit. propter illud minus iuste irascimur ꝓtra iratum qui ꝓuocatus cuz tristicia peccat ꝙ ꝓtra concupiscentez qui peccat totaliter volūtarie et cū delectatiōe. Ex quib⁹ omnib⁹ patz ꝙ incontinentia simpliciter est circa cōcupiscētias et delectatiōes

Conclusio secūda. incontinentia ire est turpior ꝙ incontinentia concupiscentie si considerantur quātum ad id qđ ꝑ actus sequitur ex ipsis. Probatur ꝙclusio. quia incontinentia ire ducit id quod pertinet ad proximi nocumentum. non aūt incontinentia concupiscentie. ergo conclusio vera. Probat etiam ꝑ terciā rōnem ante oppositū et hec de primo. Quātum ad secūdum.

Dubitatur primo

De exēplis phi adductis ad manifestatiōem ꝑme rōnis ꝑme q̄stionis. Ad dubiū respondet ꝙ sunt duo. primū e de ministris velocib⁹ q̄ anteq; audiāt totuz (qđ eis dr) currūt ad exequēdū. et sic peccāt in executōe mandati Secūdū exemplū est de cambꝰ q̄ ad primū sonituz pulsantis ad ostiū latrāt anteq; intendāt an sit pulsus de amicis vel familiaribus. Et ita consimiliter iratus audit in aliquo rationem. sed ꝓpter caliditatem et velocitatem cogitationis mouentis ad iram anteq; audiat totum preceptum rationis mouet ad puniendum. Cum em̄ manifestatur homini ꝙ sibi facta sit iniuria vel contemptus vel ꝑ rationem quando verum est vel per fantasiam quando videtur. licet nō sit hō iratus syllogisat ꝙ oportet iniuriantem oppugnare et determinat modū audientiuz. et sic statim mouetur ad vindictam anteq; determinet ei a ratōe motus vindicte. Sed sic nō est de concupiscente. qz apprehensio delectabilis ꝑ rōnem vel ꝑ sensum mouet ad ꝓsequendū absq; aliquo syllogismo rationis. Et huius differentie ratio est. quia delectabile habet rationem finis ꝑ se appetibilis. qui est sicut principium in syllogismis. sed nocumentum alteri inferendum non est per se appetibile vt finis. sed sicut id quod est vtile ad finem quod rationem habet ꝙclusionis in agibilib⁹. et ideo concupiscens

nō mouet silogisans sicut iratus t inde est q̄ iratus aliq̄ liter ꝓseqūtur rōem t nō ꝓcupiscens q̄ seqūtur impedimē tū ꝓpriū Scōm dubiū est circa scōam rōem ꝑmē ꝓclusionis vtrū passio ire sit naturalior q̄ passio ꝓcupiscentie. vt dr̄ textus. Et videt q̄ non. q̄ illa passio est naturalior cui⁹ obiectū est naturalius Sed obiectū cōcupiscētie naturalius est obiecto ire. q̄ cibi pot⁹ t venerea sunt magis naturalia hōi q̄ tristicia q̄ est cā ire igit. Itē illud est innaturale cui⁹ oppositū est naturale: sed mānsuetudo est naturalis hōi q̄ tñ opponit ire. g̃ ira est innaturalis Ad dubiū rndet q̄ naturalitas ex duobꝫ p̄t accipi. Uno mō ex obiecto t sic passio cōcupiscētie delectabiliū naturaliū necessarior est naturalior q̄ passio vt bñ ꝓbat prima rō dubij Alio mō ex subiecto in quo est. t illo mō passio ire naturalior est q̄ passio concupiscentie. q̄ passio seqūs naturalem cōplexionem naturalior est nō sequēte illā. sz ira seqūtur naturalē ꝓplexiōez t a patre ꝓpagat in filios vt dcm est igitur Ad primā rōem dubij pz solutio. Ad secundā dr̄ q̄ in hoie est duplex natura. s. intellectiua t sensitiua. vñ mānsuetudo fm naturā intellectiuam est naturalis nō tñ fm sensitiuā de qua hic est sermo. nō tñ fm q̄ natura sensitiua est in hñte rōem Et ꝓpter hoc aialia irrōnabilia nō dicunt̄ iracūda nisi silitudinarie inquantū ꝑ instinctū nature ꝓuocant̄ ad iniurias puniēdas Uel p̄t dici vt dr̄ sanctus Thomas q̄ fm cōem naturā spēi hō natura liter est aial mansuetū inquantū est aial sociale t gregale: sed fm naturaz alicuius indiuidui q̄ in corpis cōplexione consistit q̄nq̄ sequitur magna promitas ad iraz. ꝑ caliditatem t subtilitatem humoꝝ faciliter flāmabiliū. sed cōcupiscētia. superfluoꝝ vt cibi delicate ꝑparati sequit̄ imaginationem et est passio aialis magis q̄ naturalem complexionem sequens. t sic patet de secundo

Ad rationes ante oppositū Ad primam dr̄ q̄ difficilius est assidue pugnare ꝓtra ꝓcupiscentiā ꝓpter diuturnitatē cōtinuitatis concupiscentie. sed ad horam difficilius est resistere ire ꝓpter eius impetū qui est maior q̄ in cōcupiscētia Ad secōam dicitur q̄ concupiscētia dr̄ esse sine rōne non q̄ totaliter auferat iudicium rōnis. sed q̄ in nullo ꝑ seqūtur iudicium rationis: Et ex hoc est turpior

Ad terciam dicitur q̄ solum procedit ex parte eorum que sunt in incontinente

Psarum aūt harū differentias assumendum quemadmodū em̄ dictū est fm ꝑncipia. hee q̄dem būa ne sunt t naturales. t genere t magnitudine. hee aūt bestiales: hee aūt orbitates t passiones t egritudines Vaz aūt circa primas tpantia t intempantia est solum ꝓpter quod t bestias: neq̄z tempatas neq̄z intpatas dicimus. sed vel fm metaphoraz. t si aliquo totaliter aliud ad aliud differt gen⁹ aialium ꝓtumelia t sinomoria. t in omni vocaz eē non em̄ habet electionē neq̄z rōtinacionez. sed discessit a natura. quemadmodū insanies hominum. Minus aūt bestialitas malicia. terribilius aut̄ non em̄ corruptū est optimū quē admodū in homine. sed corruptū est t non habet. Simile aūt igit̄ quēadmoduz ianimatum ꝓparare ad animatū. vtrū peius. Innocētior em̄ prauitas semp q̄ nō habētis principiū. intellectus aūt principiū. Simile igit̄ comparare iniusticiā ad hominē inūstuz. est em̄ vt vtrū q̄ peius decies milies. plura em̄ vtiq̄ mala faciet homo malus bestia

Querit̄ nono. Utrū incōtinentia bestialis sit minus mala q̄ incōtinētia humana. Arguit̄ ꝓmo q̄ nō. q̄ virtus heroica est optima ꝑtutū. vt dictū est sup̄. g̃ oppositū eius qd̄ est bestialitas ipsa est pessima inter oēs malicias

Scōo sic. bestialitas ē terribilior malicia hūana. vt dr̄ textus t maiora mala facit. g̃ bestialitas est peior malicia hūmana Tercio sic. q̄ sile est bestiā hoi ꝓpare in malicia. sicut ꝓpare inaiatū aiato. vt dr̄ text⁹. sed inaiata sunt peiora aiatis. q̄ plures ledere pñt. sicut cum ignis aut lapis ꝓcerit. g̃ bestie sūt peiores hoib⁹. t ꝑ cōs malicia siue incōtinētia hūana. In oppositū est phs in textu. ꝓmo videt̄ de q̄sito. duo erūt dubia. Quātū ad ꝓmum

Sciendum primo

Q̄ postq̄ phs ꝓpauit incōtinētiā ꝓcupiscētiaz tact⁹ q̄ est incōtinētia simplr ad incōtinētiā ire. ꝓpter ꝓpat incōtinētiā humanā ad incōtinentiā bestialē vel egritudinem Et ꝓmo resumit dām ꝓcupiscētiaz t egritudinū t delectabiliū. Scōo ostēdit circa q̄s harū sint ꝓtinētia t incōtinētia. tpantia t intpantia. Tercio ꝓparat humanā malicia seu incōtinētiā bestiali. Circa primū.

Sciendū est scōo q̄ q̄ ꝓtinētia t incōtinētia sunt circa delectatōes corpales oꝑtet assumere eaz differentias fm easdē delectatōes. Uñ dicit textus. q̄ vt dictū est ꝑ us. q̄dā sunt delectatōes humane t naturales. q̄ scz sūt ꝓsone humane nature q̄tuz ad gen⁹ q̄ cōsiderat fm ea que appetūtur t q̄tum ad magnitudinē q̄ attribuet̄ fm modū appetendi vel intensum vel remissum. Alie vero sunt delectatiōes nō naturales sed bestiales q̄ aduenūt ꝓpter ꝓnicioſam naturā vel ꝓpter orbitatiōes vel ꝓpter egritudines. inter q̄s etiam ꝓputant̄ praue ꝓsuetudines Circa secūdū (qō hic ponit phs) ponitur

Conclusio prima

Tpantia t intpantia solū sūt ꝓprie circa delectatōes humanas t naturales. Probat̄ ꝓclusio. q̄ ꝓprie loquendo bestias nō dicimus neq̄z tpatas neq̄z intpatas. sed hoies dicimus tpatos t intpatos. ergo vera. Maior pz. quia nulla bestia habet electōem neq̄z p̄t rōcinari. sed est ꝑpe rata a natura. sicut etiā dicim⁹ de hoib⁹ insanis. q̄ carent vsu rōnis. sed vt dictū est sup̄ tpatus t intpatus agunt ex electiōe. g̃ tpantia t intpantia non sunt in bestijs neq̄ etiā in bestialib⁹ hoib⁹ neq̄ etiā circa bestiales concupiscentias vel delectatiōes. Conclusio secūda t respōsi

na malicia siue incontinentia bestialis est minus mala q̄ incontinentia siue malicia humana. Probat ph̄s q̄ in bono id quod est optimū: scz intellectus non remanet corruptum ⁊ deprauatū quod remanet in homine malum. sz totaliter ita corruptuz est in eis q̄ nihil remanet de eo igitur Item ꝓbat ph̄us q̄ prauitas eius non habet principium actionis ⁊ innocētior prauitate illius qd̄ hz principiū opationis sue. s. intellectū ꝑ qd̄ principiū est dn̄s suarū actionū bestia aūt nō. Ex quo ꝯtingit q̄ bestie min⁹ imputat̄ aliquid ad culpā q̄ hōi igit̄. Item ꝓbat ph̄s q̄ bestia ꝯpat̄ ad hoiem sicut ꝯpat̄ iniusticia ad hoiem iniustū nā habitus iniusticie s̄m ꝓpriam naturam habet inclinationem ad malum. sed homo iniustus habet in sua potestate in bonum ⁊ in malum inclinari. sed homo iniustus est peior iniusticia. igitur. Item probat ph̄s. qz vnus homo malus decies ⁊ millesies potest plura mala facere q̄ bestia. qz ꝑ rōnem suam habet excogitare diuersa mala. ergo malicia humana siue incontinentia peior est malicia bestiali. ⁊ sic de primo Quantum ad secundū

Dubitatur primo

circa primā conclusionē vtrum bestie possint aliquo modo dici tpate Ad dubiū rn̄detur q̄ licet ꝓprie loquendo non dicant̄ temperate vel intpate. dicūtur tamen tpate vel intemperate metaphorice per compationem vnius animalis ad aliud. put scz vnū genus aīalium differt ab alio in contumelia. in hoc q̄ vnū est magis cōtumeliosuz id est turpiorem ⁊ immundiorez vitam habens q̄ aliud sicut porcus vel ouis. ⁊ sinamoria. i. omnino stulticia in h̄ scz q̄ vnum animal est stultior altero. vt asinus equo Et in hoc q̄ vnum animal est vorax in omnibus. sicut lup⁹. et ideo per comparationē ad animata que supabundant in talibus. alia genera aīalium dicuntur s̄m similitudinē tpantia vel prudentia Secundū dubium quare bestialitas terribilior est incontinentia vel malicia humana. vt dicit textus. Ad dubium rn̄detur q̄ causa est. qz terribilior venit ex consuetudine. sed malicia bestialis est min⁹ consueta malicia humana hoc etiaz prouenit ex pte rei facte. quia peiora operatur bestia q̄ homo vt dictum est de animato. Et hec de secundo

Ad rationes

ante oppositū. Ad p̄mā d̄r q̄ si in bestialitate solū consideratur rō bestie est minus mala. q̄ malicia humana. sed si consideretur ipa ratō hominis bestialis sic ipsa est peior quacunqz alia malicia humana. quia vt dictum est decies millesies plura mala p̄t facere homo q̄ bestia.

Ad secundam dicitur q̄ licet bestia sit terribilior homine tamē minus habet de ratione culpe. quia homo malus similiter bestialis malicia seu incontinentia terribilior est. sed minoris culpe est innocentior q̄ incontinentia seu malicia humana. ⁊ ideo si aliqui amantes vel naturaliter bestiales peccant minus puniuntur. Et q̄ dictum est in precedenti questione q̄ ex parte hominis bestialis est maxima malicia. hoc intelligitur de bestialitate per consuetudinem siue ꝑ excrescentē maliciam ⁊ non de bestialitate que est ex perniciosa natura vel ꝑ egritudinem. ⁊ ꝑ idem soluitur tercia ratio

Irca eas autem que per tactum ⁊ gustū delectationes ⁊ tristicias ⁊ ꝯcupiscentias et fugas circa quas ⁊ intemperantia ⁊ temperantia determinata est prius. est quidem sic habere. vt vinci et quibus multi meliores est autem superare. quibus multi minores. Horum autem hic quidem circa delectationes incontinens. hic autem continens. hic autez circa tristicias mollis. hic autem perseuerans intermediū ⁊ plurium habitus. ⁊ si inclinant magis ad deteriores. Quia autem quedam delectationū necessarie sunt. hee autē non ⁊ vsqz ad quid supabūdantie aūt nō neqz defectus. similiter aūt ⁊ circa cōcupiscentias habet ⁊ tristicias supabūdantias q̄dem ꝑsequens delectationē vel s̄m supabūdātias vel ꝓpter electionē ⁊ propter ipsas ⁊ nichil propter alterum adueniens intemperatus. Necessarium enim hunc non esse punientē. quare insanibilis deficiens autem oppositus. medius autem temperatus. Similiter autem ⁊ fugiens corporales tristicias non propter vinci sed ꝓpter electionem. non eligentium autem hic quidem ducitur propter delectationem. hic autem propter fugere tristiciam que a concupiscentia. quare ad inuicem differunt.

Querit̄ decimo.

Utrū ꝑseuerātia sit virtus Arguit̄ p̄mo q̄ nō. qz vt dicit textus ꝯtinentia peior est ꝑseuerātia. sed ꝯtinētia est virtus ꝑfecta. sed aliq̄d imꝑfectū in genere virtutis. vt dictū est supra. ergo ꝑseuerātia nō est virtus. Scd̄o arguit̄ in omni virtute requirit̄ immobiliter ꝑsistere in opere virtutis. vt d̄r secūdo hui⁹. sz hoc ꝑtinet ad ꝑseuerantiam. vt patet per Tulliuz in sua rethorica dicentem. q̄ perseuerantia est in consideratōe boni considerata stabilis ⁊ perpetua mansio. ergo perseuerantia non est virtus sed conditio omnis virtutis.

Tercio arguitur. omnis virtus moralis est circa aliquas passiones quas ipsa moderat. sed perseuerātia nō importat moderantiā passionum. quia quāto vehementiores sunt passiones tanto aliquis s̄m rationem perseuerans est laudabilior. ergo perseuerantia non est virt⁹ moralis In oppositum arguitur. quia s̄m andionicuz Perseuerantia est habitus eorum quibus imitandum est. sed habitus ordinans nos ad benefaciendum est virtus. ergo. Primo videbitur de quesito. secundo erūt dubia. Quantum ad primum.

Sciendum primo

Q̄ postq̄ phs ostēdit materiā ptinētie t incontinentie simplr dicte. hic psequēter parat eas ad alia cōicātia cū eis in materia. Et p̄mo ad pseuerantiā t mollē t tpatū et intpatum. p quos soluit tercia dubitatio supius mota cōtra quartū notabile. Et deinde ostēdit q̄ intpat⁹ est peior incōtinēte soluēdo q̄ntā dubitatiōem superius mo tam tanq̄ p̄mū. pbabile. Et adhuc distinguit ptinentiā et incōtinētiā a tpantia t intpantia. a pseuerantia t mol licie. Et deinde parat ipsas fm bonitatē t maliciaz. de quo videbit in sequēti q̄stione. Primo adhuc distinguit ptinentiam t incōtinentiaz a pseuerātia t mollicie. de q̄ videbit in p̄mo articulo. Scōo distinguit vtraq̄ a tem perātia t intpantia. de q̄ videbit in secūdo articulo.

Sciendū scōo. q̄ pseuerātia duplicit̄ p̄t accipi. Uno mō. p habitu quo aliq̄s pseuerat in his in quib⁹ difficilli mū est diu sustinere ea que sunt mala. vtputa vt sunt pe ricula mortis vel potius mala opposita delectatiōibus tactus diu sustinentur. sed vt frequētius cito transunt. ideo respectu eo⁹ nō est p̄cipua laus pseuerātie. sed ma la opposita delectatiōib⁹ tactus diu sustinenť. q̄ ipsa at tendūtur circa necessaria vite. t circa defectū t alio⁹ hu iusmodi. Alio mō capit̄ pseuerātia. p habitu quo in quo cūq̄ bono difficili aliq̄s diu psistit hic p̄t ꝓuenire ꝓsequē ti virtutē pfectā. cui etiā t si psistere sit minus difficile. p̄ sistit tū in dono magis pfecto. t ideo tūc pseuerantia p̄t esse virtus. q̄ pfectio p̄tutis magis attendit̄ fm rōnem boni q̄ fm rōnem difficilis. Tūc sit

Conclusio prima

Licet pseuerātia p̄mo mō accepta nō sit virtus pfecta. sed q̄dā impfectū in genere virtutis tū pseuerātia secū do mō accepta est virtus spēalis. ad quā p̄tinet in opib⁹ virtuosis diuturnitatez sustinere. Prima pars. pbat̄. q̄ non est difficile sustinere mala opposita delectationibus tactus illi q̄ in ipsis nō multū tristat̄. nec in oppositis bo nis multū delectat̄. sed maxime difficile est hoc illi q̄ ma xime circa hec afficitur. qui scz nō h̄z pfectā virtutē mo dificantē has passiones. q̄ perseuerātia hoc mō accepta nō est virtus pfecta. Ex quo p̄z q̄ pseuerantia vt hic su mitur nō est p̄tus pfecta. q̄ isto p̄mo mō sumitur a phō Et p hoc soluit̄ p̄ma rō ante oppositū. Scōa ps ꝓclusio nis. pbat̄. q̄ dictū est secūdo huius q̄ virtus est circa dif ficile t bonū. ergo vbi occurrit spēalis rō difficultatis t boni ibi est spēalis virtus. sed opus virtutis h̄z difficul tatē t bonitatē ex diuturnitate tpis. t p hoc scz q̄ diu p̄ sistit in aliquo bono vsq̄ ad ꝓsummatōem. hoc aūt pti net ad pseuerantiā. igit̄ tē

Conclusio scōa ptinētia t incōtinētia ꝓueniūt t diffe rūt cū pserantia t mollicie. pbat phs. Et p̄mo q̄ ꝓueni ant inter se. q̄ sunt circa eandē materiā. scz circa delecta tiones t tristicias. cōcupiscentias t fugas. gustus t tac tus. Scōo ꝓueniūt cq̄tū ad modū se habēdi circa passio nes. q̄ ptingit quosdā sic se habere circa p̄dictas passio nes vt vincanť a talib⁹ passionib⁹ q̄s tū multi vincūt. cō tingit etiā q̄ aliqui superāt tales passiones a quib⁹ etiaz multi superanť. Q̄ aūt differāt inter se patz. q̄ qui supe rant t superātur circa delectatiōes gustus t tactus st̄z ptinentes t incōtinētes. h̄z qui superatur circa tristicias ꝓtrārias ōr mollis. Superās aūt circa illas tristicias ōr pseuerās. et vt dicit textus. p̄dicti habit⁹ p̄nt esse medij inter plura. cuius cā est. q̄ diuersi sunt gradus delectati onū t tristiciaꝝ hominū q̄ eas superāt t ab eis superanť sed illi habitus (q̄ sonāt in malū) declinant in deteriores Nam magis dicūtur incōtinētes vel molles. q̄ minori bus delectatiōib⁹ vel tristicijs vincūtur Sed boni habi tus magis inclināt ad meliores vt magis dicanť ptinen tes. q̄ pseuerās q̄ maiores delectatiōes vel tristicias su perant. Ex dictis p̄z q̄ ptinētia est ꝓpie circa delectatio nes. t pseuerātia circa tristicias. t q̄ ille (qui faciliter vin cit̄ a delectatōib⁹) vocat̄ incōtinens. sed q̄ tristicijs facilit̄ vincit̄ vocat̄ mollis. sed qui supat delectatiōes vocat̄ cō tinens. qui aūt superat tristicias vocat̄ pseuerans. et hec de p̄mo. Quātum ad secūdum.

Dubitatur primo

Circa textū qūo differūt ptinētia t incōtinētia. pseuerā tia t mollicies. a tpantia t intpantia Et arguit̄ q̄ hic nō debeat poni illa differentia. q̄ supius a phō posita est dif ferentia inter incōtinētē t intpatū. t etiā ptinētis t tpati igit̄. Pro dubio nota textū q̄ delectationū q̄daz sunt necārie. sicut ꝓdimētoꝝ spēs. q̄ q̄dem delectatōes necesse sunt vsq̄ ad aliquē terminū. naz est aliq̄ mensura cibi et potus necāria. sed suphabūdātia t defectus nō sunt ne cessarij. Et sile est circa ꝓcupiscētias t tristicias. Rūdet igit̄ ad dubiū q̄ ille est intpatus q̄ ex ꝓposito p̄sequit̄ sup habūdātias delectationū p̄dictaꝝ vel suphabūdāter cō cupiscit eas. vel etiā q̄rit eas ex electiōe ꝓpter ipsas t nō ꝓpter aliquid aliud. nam habet ipsas q̄si finem neq̄ peni tet intpatus de delectatōib⁹ quesitis. q̄ imobiliter inhe ret illi q̄d ex ꝓposito q̄siuit. Ex quo seqūtur q̄ intpatus nō potest curari a vicio. q̄ nullus a vicio suo curat̄ nisi p dis plicentiā. q̄ virtus t viciū in volūtate p̄sistūt. t sicut in temperatus suphabūdat in querendo delectatōes. ita in sensibilis (qui ei opponit̄) deficit in eisdem. sed qui me dio modo se h̄z ōr tēperatus. sed incōtinēs t mollis non peccat ex electiōe inter quos ptinēs ducit̄ ex vi delecta tionis. sed mollis ducit̄ ex meroꝝ tristicie q̄ sequit̄ ex con cupiscentia. inq̄tum q̄s q̄uat̄re ꝓcupita. Ad rōnem dubij dicit̄ q̄ supius p hus determinādo materiā ptinē tie ne error surriperet ex incidenti tetigit differentiā in temperati t incōtinētis. sed ipsam differentiā hic ex p̄n cipali intentione p̄seqūtur.

Secūdo dubitat̄. sub qua virtute p̄ncipali ptinet̄ pse uerantia. put ponit̄ virtus pfecta. Et videt̄ q̄ ponatur sub tēperantia tanq̄ pars eius. q̄ vt dicit textus ipsa p̄ seuerātia est circa tristicias tactus. sed hoc p̄tinet ad tē perantiā. oppositū tū dicit tullius ponēs pseuerātiā p̄tez fortitudinis. Ad dubiū respondet̄ q̄ pseuerātia adūgit̄ fortitudini sicut virtus scōaria p̄ncipali. Cuius rō est q̄ fortitudo dicit̄ p̄ncipalis virtus. q̄ rem seruat in eis in quib⁹ est difficillime p̄sistere. scz in periculis mortis. et ex hoc laudat̄ fortitudo. sed sustinere difficultatē. puenie tem ex diuturnitate boni operis dat laudē pseuerantie. et hoc non est ita difficile sicut sustinere pericula mortis.

Ad rōnem dubij ōr q̄ annexio virtutis secūdarie ad p̄ncipalē. nō solū attendit̄ fm naturam. sed magis fm modū. q̄ forma potior est materia. ideo licet pseuerantia magis videatur ꝓuenire in materia cuz temperantia cq̄ fortitudine. ideo q̄ in modo magis conuenit cū fortitu

dine inquantū seruat firmitatē cōtra difficultatē diuturnitatis. ⁊ ꝑm h̄ magꝭ ponit̄ ꝑs fortitudis. ⁊ sic de scdo.

Ad rationes Ante oppositum Ad primam patet solutio ex dictis Ad secundam dicitur ꝙ virtuti conuenit aliq̄d dupliciter Uno modo ex propria intentione finis. et illo modo diu persistere vsq; in finem in bono pertinet ad specialem virtutem que dicitur perseuerantia que in hac intendit sicut specialem finem Alio modo ex comparatione habitus ad subiectum. ⁊ sic immobiliter persistere consequitur quamlibet virtutem inquantum est qualitas de difficili mobilis. Ad terciam dicitur ꝙ perseuerantia de qua loquimur hic non moderat aliquas passiones. sed consistit solum in quadam firmitate rationis ⁊ voluntatis. sed perseuerāti. que est virtus moderat aliquas passiones. scilicet timorem fatigationis aut defectus propter diuturnitatem. ⁊ ideo hec virtus ponitur in irascibili. sicut et fortitudo.

Omnino autem vtiq; videbitur deterior esse. si quis nō concupiscens vel quiete operat̄ q̄d turpe q̄ꝫ si vehementer concupiscēs ⁊ si nō iratus percutit q̄ꝫ si iratus q̄d em̄ vtiq; faceret in passione existens ꝓpter quod intemperatꝰ deterior incōtinente dictoꝝ quod hec utiq; molliciei spēs. magis aūt hic intemꝑatus Apponitur aūt incontinenti q̄dem continens. molli aūt perseueratiuus: Perseuerare q̄dem em̄ est in eo quod est cōtra tenere. Continentia autez in eo quod est suꝑare. quēadmodū ⁊ non vinci eius qd̄ est vincere. propter quod ⁊ eligibilius continentia ꝑseuerantia est. Deficiens autē ad que multi ⁊ contra tendunt ⁊ possunt iste mollis. ⁊ delicatus etem̄ delicia mollicies quedaz est q̄ trahit vestimentum vt non laboret ꝑm eā que eleuare tristiciam vel ⁊ imitans laborantem nō existimatur miser esse. misero similis existens siliter aūt habet ⁊ circa continentiam et incontinentiā. Non em̄ si q̄s a fortibus ⁊ suꝑexcellentibꝫ delectationibus vincit̄ vel tristiciis Admirabile sed cōdonabile si contratendens quēadmodū theodecti philocletes a vipera ꝑcussus vel a kerkino in alapekerkion. ⁊ quēadmodū continere temptātes risum repēte effundūt quale coaccidit cenophando. Sz si q̄s ad quas multi possunt abstinere ab his vincitur et nō potest contendere non propter naturam generis vel propter egritudinem. puta insitarum regibꝫ mollicies propter genus ⁊ vt femineū ad masculinum distat. Uidet̄ em̄ et lusiuꝰ intēperatus esse. est aūt mollis lusus em̄ remissio est. siquidē igit̄ quies. ad hāc autē superhabūdātiā est lusiuus. Incōtinētie autē hoc q̄dem ꝑuolatio. hoc aūt debilitas. Hij q̄dem em̄ ꝯsiliantes nō immanēt quibꝫ consiliati sunt ꝓpter passionem. hij aūt propter non ꝯsiliari dicūtur a passione. Quidā em̄ quēadmodū ꝑtitilantes nō titilantur. sic ⁊ ꝑsentiētes et ꝑscientes ⁊ ꝑsuscitantes seipsos ⁊ rōcinationē nō vincūtur a passione. neqz si delectabilis sit. neqz si tristis. Maxime aūt acuti ⁊ melancolici ꝑm effrenatā incōtinētiā sunt incōtinentes. hij q̄dem em̄ propter velocitatem. hij autem propter vehementiā nō expectant rōnem propter sequentes esse fantasie.

Querit̄ vndecimo. Utꝝ mollicies opponat̄ ꝑseuerātie Arguit̄ ꝑmo ꝙ nō. qꝛ molles dicūtur hoies muliebria patiētes. sed hoc opponit̄ castitati. ergo mollicies nō opponit̄ ꝑseuerātie. Secūdo sic. delicia ē q̄dam mollicies. vt dicit textus. sed esse deliciosum pertinet ad intēperantiā ergo mollicies magis opponit̄ temperantie q̄ꝫ ꝑseuerantie Tercio sic. lusiuus est mollis vt etiā dicit textus. sed esse inordinate lusiuū opponit̄ eutrapelie. que virtus est circa ludos. vt dictū est in quarto. ergo mollicies non opponit̄ perseuerantie In oppositu est philosophus dicens molliciei opponitur perseuerātia Primo videbitur de quesito. secūdo erūt dubia. Quātum ad primū

Sciendum primo

Qꝫ postq̄ꝫ ph̄us distinxit continentiā ⁊ incōtinētiā a tēperantia ⁊ intemperantia. ⁊ etiā a perseuerantia ⁊ mollicie. Hic ꝯsequēter ꝯparat predictos habitus ꝑm bonitatem ⁊ maliciam. et ꝑmo ꝯparat incōtinentē ⁊ mollem intemperato. secūdo incōtinentē molli.

Sciendū secundo ꝙ vt dicit textus. intemperatus est deterior incōtinente ⁊ etiā peior q̄ꝫ mollis. sed incōtinentia est melior q̄ꝫ ꝑseuerātia ꝗ mollicies est peior q̄ꝫ incōtinentia. Minor patet. quia deterior est qui operatur turpe non ꝯcupiscens q̄ꝫ ille qui operatur ꝯcupiscēs vehementer. sicut deterior est qui percutit nō iratus q̄ꝫ q̄ ꝑcutit iratus. qd̄ em̄ faceret passione superueniēte qui absq; passione peccat Sed intemperatus non vincitur ex pas-

stone.sed ex electiõe peccat.incontinẽs aũt a ꝓtinẽtia vincitur.ergo intemperatus deterior est incõtinẽte. Secunda pars probatur.quia ad molliciem pertinet vinci rõne ſcz fuge tristicie.Sed ad intẽperatum pertinet ex electõe peccare.ergo deterior est tẽperatus q̃ mollis Tercia ps patet.quia pseuerans dicitur q̃ tenet se ꝓtra aliquid impelles.t cõtinẽs dicitur ex eo q̃ idẽ est supare.nam quod ꝓtinemus in nostra potestate habemus quod est vitãdũ qz delectatões sẽ refrenãde vel cohibẽde.ſz contra tristitias est standum.ergo perseuerans ad incontinẽtem cõparatur in nõ vinci.ergo melior est ꝓtinẽtia q̃ pseuerantia. Quarta pars patz.qz licz mollicies t incõtinẽtia cõsistunt in hoc q̃ est vinci.tamẽ incõtinẽs vincit a fortiore passione q̃ mollis.Tunc sit

Conclusio prima

Et responsiua.Mollicies opponitur pseuerantie. Probatur ꝓclusio.quia laus perseuerantie consistit in hoc q̃ non receditur a bono propter diuturnam tollerantiam difficilium t laboriosorum.Sed huic opponitur hoc qõ de facili receditur a bono propter aliqua difficillima que sustinere nõ possunt.sed hoc pertinet ad rationẽ mollicitei. Nam molle dicitur quod facile cedit tangenti. nam nõ iudicatur aliquid molle ex hoc quod cedit fortiter alicui impellenti.sicut paries cedit percutienti.t ideo nõ reputatur aliquis mollis si cadat ab aliquibus valde graviter impellentibus

Secunda conclusio.pertinacia opponitur perseuerãtie.sicut extremũ superabundans. Probatur conclusio quia sicut dicit Isydorus in libro ethimologiarum pertinax est qui in proposito suo ad victoriam perseuerat. Et tunc dicitur vincia quod idem est q̃ victoria. Et hos homines vocat philosophus pertinaces fortis sententie vl̃ propie sententie.quia ſcz perseuerant in sua sentẽtia plus q̃ oportet.ergo perseuerantia laudatur sicut in medio existens t pertinax vituperatur sicut extremum fm excessum a medio et perseuerantie opponitur.mollis vero vituperatur fm defectum a medio.Et tantum de primo. Quantum ad secundum.

Dubitatur primo.

Qualiter se habeat delicia ad molliciem. Ad dubiũ respondet textus.q̃ delicia est quedam species molliciei Nam mollicies refugit inordinate omnem tristiciam. Sz delicia propie refugit tristiciã laboris.ille enim qui trahit vestimentum suum per lutum vt nõ laboret se tingendo quod pertinet ad delicatum vincitur fm illam tristiciam quam reputaz sibi euenire si leuaret vestimentũ et licet uniretur laborantem in hoc q̃ vestimentum trahit.t per hoc non videatur esse miser.tamen habet similitudinem cum misero inquantum fugiens laborem sustinet laborẽ. Et simile est de continẽtia t incontinẽtia . naz non est mirabile si quis vincatur a fortibus t superexcellentibus delectationibus t tristiciis.nec propter hoc debeat dici incontinẽs vl̃ mollis sed magis ei cõdonatur.si tamẽ nitatur resistere t nõ statim cedat.dat exẽplum de phylocreto de quo narrat Theodoci⁹ poeta dũ pcussus a vipra graue dolorem pateret.nitebaꝫ tamẽ ꝓtinere plãctum.ſz nõ potuit.t est silẽ de quadam muliere a quodaz hoĩe karkino pcussa vt õt phs. Silẽ de his q̃ se tenere a risu volũt t tñ vincuñ vt repente t diffuse rideãt vt accidit senophãto. Sed tũc õz incõtinens cũ vincit a talibꝫ delectationibꝫ t tristiciis cõtra quas multi pñt sed tñ nõ resistũt hmõi delectationibꝫ t tristiciis propter naturam generis ex quo sibi est graue est qõ alijs est leue vel propter egritudinẽ Aliqua pueniteꝛ aliq̃ consuetudine sicut mollicies ꝑpter naturã generis inuenit in legibꝫ sitarũ q̃ delicate nutriti sunt nõ pñt labores t tristicias ferre Et sicut est defectus p opationẽ ad masculos ꝑpter infirmitatẽ nature quia alicui posset videri.q̃ lusiuus q̃ minus amat ludere sit rpatus eo q̃ in ludo est quedã delectatõ ideo ꝑpter excludit phs hoc dicens q̃ lusiuus est magis mollis.qz ludus est quedam quies t remissio animi quã supabundanter querit lusiuus Sz mollis est fugere difficultates t labores.ergo lusiuus ꝓtinetur sub molle

Secundũ dubium est de specieb⁹ ꝓtinentie quot sint. Ad dubium rñdetur cũ textu q̃ sunt due ſcz prevolatio et debilitas.debilitas habet fieri in incõtinentibus qñ supueniente concupiscentia cõsiliantur. Sed nõ permanent in consiliatis ꝑpter passionem a qua vincuñ. Sed puolatio habet fieri qñ incontinens vincitur a passione eo q̃ non consiliatur. sed statim concupiscentia supueniente eam p̃sequitur. Vnde tales dicuntur preuolantes q̃ ꝑpter suam velocitatem anticipant consilium. Nam si consilia consiliarentur non vincerentur a passione sicut enim quidam ꝓtius titillant seipsos et non mouentur ab alijs tamen titillant Sic illi qui p̃sciunt motum concupiscẽtie et p̃sciunt quid sit illud in quod concupiscentia inclinat prouocant seipsos per ratiotinationem suam ad resistendum concupiscentie.et propter hoc non vincuntur a passione sicut incontinens neq̃ a passiõe tristicie sicut mollis. Et vt dicit textus hec incontinentia que dicitur prevolatio maxime conuenit acutis. id est colericis. quia tales non expectant rationem consiliantem. sed sequuntur preuiaz fantasiam concupiscentie Colericis scilicet propter velocitatem motus colere. Et melancolicis propter vehementiam motus melancolie accense cuius impetuz non de facili potest homo scire. nam terra accensa vehementius ardet.econtra sanguinei t flematici habent incontinentiam debilitatis propter humiditatem complexionis que non est fortis ad resistendum impetui passionis.et hec de scõo

Ad rationes Ante oppositũz Ad primã õz q̃ mollicies capitur dupl̃r. Vno modo ex cõsuetudine. Nã cuz aliquis consuetus est delectationibꝫ aliq̃bus difficilius sẽ ꝑt ab eaꝫ abstinẽtia sustinere Alio mõ ex naturali dispõne ꝑpter qnã alicui⁹ aimus est minus constãs t sic vt dcm est ꝓpanꝫ fere ad masculos. Et tiõ illi q̃ muliebria patiũtur molles dicuñ quasi muliebres effecti Ad scõam õz q̃ voluptati corpali opponit labor Et tiõ res laboriose impediunt voluptates delicioſi aũt dicuñ q̃ non pñt sustinere aliquos labores ne aliq̃d a voluptate diminuaꝫ t tiõ delicia quedam mollicies est.Sed mollicies respicit defectum delectationis.Delicia aũt causam impeditiuã delectationis puta laborem vel aliquid huiusmõi. Ad terciam õz q̃ in ludo duo consideranda sunt. ſcz inordinatio et q̃tũ ad hoc inordinate lusiuus opponitur eutropolo.Aliud est ipsa remissio siue quies que opponitur labori.t ideo sicut non posse sustinere laboriosa ꝓtinet ad molliciem ita ad eandẽ etiam ꝓtinet nimis appetere remissionem ludi vel q̃cunq̃ aliam quietẽ

St aūt intpatus q̄dē quēadmodū dic/
tū est nō penitiuus. immanet em̄ electio
ni. Incōtinēs aūt penitiuus oīs ꝓpter qd̄ non
quēadmodū dubitamus sic ⁊ hz. sic igit̄ hic q̄
dem insanabilis. hic aūt sanabilis. Assimilat̄
aūt malicia egritudini velut ydropi ⁊ ptisi. In
ꝯtinētia aūt epilēticis. hec quidem em̄ ꝯtinua
hec aūt nō ꝯtinua malicia. Et oīno aūt alterū
genus incōtinētie ⁊ malicie. malicia q̄dē em̄ la
tet. incōtinētia aūt nō latet. Ipsoꝝ aūt hoꝝ me
liores excessiui q̄ꝫ rōem hn̄tes q̄dem nō imma
nētes aūt a minori em̄ passiōe vincunt̄ ⁊ nō im
p̄consiliatiui quēadmodū alteri sil̄is em̄ incōti
nēs velociter inebriatis ⁊ a pauco vino ⁊ mino
ri q̄ꝫ vt multi. Qm̄ quidē igit̄ malicia inconti/
nētia nō est manifestū. sed quo forte hoc q̄dem
est preter electōem. hoc aūt est ꝑm electōem est
Insup ⁊ sil̄e quidē ꝑm actōes quēadmoduz qd̄
demodoki ad milesios. milesij em̄ stulti q̄dem
em̄ nō sunt. opantur aūt q̄lia q̄dem stulti ⁊ in/
ꝯtinētes. iniusti quidē nō sunt. iniusta aūt faci
unt. Quia aūt hic quidē talis q̄lia nō propter
suasuz esse ꝑsequi eas que ꝑm supabundātiam
⁊ preter rectam rōem corporales delectatiōes
hic aūt ꝑsuasus est ꝓpter talē esse qualē ꝑseq̄ ip
sas. ille quidē igit̄ facile transgredibil̄. iste āt nō
virtus em̄ ⁊ malicia p̄ncipiuz. hec quidē corrū
pit. hec aūt saluat. In actiōib⁹ aūt ꝙ cui⁹ grā
p̄ncipiū quēadmodū in mathematicis suppo
sitiōes neq̄ꝫ vtiq̄ꝫ illic ratio edoctrina p̄ncipio
rū neq̄ꝫ hic. sed ꝟtus vel naturalis. vel assuefa
ctiua eius qd̄ est recte opinari p̄ncipiū tpat⁹ q̄
dē igit̄ talis. intpatus aūt ꝯtrari⁹ Est āt aliq̄s
ꝓpter passionē excessiu⁹ p̄ter rcām rōem quem
ꝓpter q̄dē nō agere ꝑm rectā rōem supat passio
vt aūt sit talis q̄lis ꝑsuasum hz ꝑsequi impro/
hibite oportere tales delectatōes non superat
Iste autez incontinens melior intemperato ⁊
neq̄ꝫ prauus simpliciter saluatur enim opti/
mum principium alius autem contrarius im/
mansiuus ⁊ non excessiuus propter passionez
Manifestum vtiq̄ꝫ ex hoc qm̄ hic quidem stu
diosus habitus. hic autem prauus

Queritur duodecimo. Utrum intempera
tus sit peior incontinente Ar/
guitur primo ꝙ non. quia tanto magis aliquis peccat q̄ꝫ
to contra suā ꝯsciam magis agit. sed incōtinens magis
agit contra suam ꝯsciam q̄ꝫ intpatus. quia vt dictum est
supra ꝙ continens sciens praua esse que cōcupiscit nihilo
minus agit ipsa ꝓpter passionem. sed intpatus iudicat ea
que agit esse bona. igitur Secundo arguitur inconti/
nentia est insanabilior intempantia. ergo incontinens est
peior intempato Añs patet. qꝛ peccatū sanatur ꝑ amo/
nitionem ⁊ correctionē: sed ista nihil conferunt incontinen
ti qui scit se male agere ⁊ nihilominus male agit. Sed in
tempato valet monitio. quia sibi videtur ꝙ bene agat
Tercio arguitur incontinens ex maiori libidine pec/
cat q̄ꝫ intempatus Añs patet. qꝛ incontinens habet ve/
hementes cōcupiscentias quas nō habet sp intempera/
tus. ḡ incontinens magis peccat q̄ꝫ intpatus In op/
positū est ph̄us in textu Primo videbit̄ de questione Se
cundo erunt dubia Quantū ad primū.

Sciendum primo

Q̄ postq̄ꝫ ph̄s ostendit drām incōtinentis ⁊ intempati
Cōsequēter ostendit q̄s eoꝝ sit peior ꝑ qd̄ soluit̄ quinta
dubitatio supius mota cōtra primū probabile: Et licz
supius oñderit ph̄s ꝙ intempatus peior est incōtinente.
hoc tñ fecit breuiter et ex incidenti Sed hic oñdit idez ꝑ
fectius ⁊ ex p̄ncipali intentione pro declaratione breui eo
rum que in hac questione sunt videnda Sciendū est se
cundo. ꝙ peccatum p̄cipue in volūtate consistit. nam vo/
luntas est qua peccatur ⁊ recte viuitur. Et ideo vbi est
alia inclinatio voluntatis ad peccandū ibi ē ḡui⁹ pctm̄:
sz in incōtinēte volūtas inclinat̄ ad peccandū ex aliq̄ pas
siōe. Et qꝛ passio cito transit ⁊ habitus est qualitas de
difficili mobil̄a subiecto inde est ꝙ continēs statim peni
tet transeunte passione Quod non accidit de intempera
to qui potius gaudet se peccasse eo ꝙ opatio peccati est si
bi facta equalis ꝑm habitum ideo de ipsis dicitur ꝙ dele
ctantur cum male fecerint ⁊ exultant in rebus pessimis
Ex quo sequitur

Conclusio prima

Et responsiua. intempatus est peior incontinente. Pro/
bat ph̄us tripliciter Prima ratio est. quia intempatus
non penitet cum peccauit. quia peccat ex electione in qua
est ꝑtinax eo ꝙ elegit delectatōem tanq̄z finem. Sed in/
continens statim penitet cessante passione. qua vinceba/
tur. ergo conclusio vera: Ex quo patet ꝙ intpatus est in
sanabilis. incontinens vero est sanabilis vel intempera/
tus est peior incontinente sicut morbus corporalis incu/
rabilis alio deterior est Secunda ratio continuuz ma
lum peius est non continuo. Sed intempantia est conti/
nua cum habeat habitum ꝑmanentem per quem eligit
mala. Incontinentia autez est non cōtinua: qꝛ incōtinēs

mouetur ad peccādum propter passionem que cito transit. ergo ꝛc. Et propter hoc dicit textus. q̄ intemperati assimilātur egritudini. propter quod cōtinue insunt hominī. sicut ſ̄ hydropisis ꝛ ptysis. Sed incōtinētie assimilantur egritudinibus que nō continue vadunt sicut epylentie. Tercia ratio. malum latens est periculosius et insanabilius nō latente. Sed intemperantia latet eum cui inest qui capitur est decept⁹ vt estimet bonum illud quod facit. incontinentia autem non latet eum cui inest. Scit enim incontinens per rationem malum esse id qō operatur ex passione. ergo intemperantia est peior incontinentia. Conclusio secunda. inter incontinētes peiores sunt debiles q̄ excessiui siue preuolantes. Probat philosophus duabus rationibus. Prima est. quia debiles vincuntur a minore passione excedente vel ſm velocitatem vel ſm vehementiam. ergo sunt peiores preuolātibus. Et per hanc etiam rationem posset probari q̄ intemperatus est peior incontinente. Secunda ratio. debiles non sunt inpreconsiliati sicut sunt preuolantes. ergo sunt peiores preuolantibus. Et ponit philosophus exemplum quoddam q̄ debilis incontinens similis est illi qui faciliter ꝛ velociter inebriatur paruo vino. ꝛ minori q̄ multi. Et sicut illi prius sunt dispositi ſm corpus. ita debiles. quia minori passione vincuntur sunt peiores ſm animam. Et hec de primo articulo

Quantum ad secūdum.

Dubitatur primo.

Ad rōnes Ante oppoſitum. Ad primam dicitur q̄ delectatō ſe habet in affectibus anime ſicut quies naturalis in corporibus. triſticia autem ſe habet ſicut quies violenta. quieti autem naturali opponitur quies violenta eiuſdem corporis et quies naturalis alterius. ideo delectationi opponitur delectatio z triſticia Ad ſecūdam dicitur q̄ verbum illud ph̄i intelligitur ſm q̄ bonum z malum accipiuntur in ꝓtutibus z vicijs. nam inueniūtur duo vicia cōtraria. nō aūt due ꝓtutes ꝯtrarie. in alijs nihil prohibet duo bona eſſe contraria. ſicut calidum z frigidū quoruz vnūq; bonū eſt igni. z alterū aq̄. z per hunc moduz delectatio poteſt delectationi eſſe contraria. z ab ipa differre ſm ſpēm. ſed hoc in bono ꝓtutis eſſe nō poteſt. q̄ bonū virtutis accipit ꝑ conuenientia ad aliquid vnum ſcz ad rationem. Ad terciam dicit. q̄ ea (in quib⁹ delectamur) cū ſint obiecta delectationis nō ſolū faciūt differentiam materialem. ſed etiam formalem ſi ſit diuerſa ratio delectabilitatis. diuerſa em̄ obiecta diuerſificant ſpēs actus vel paſſiones.

Differentib⁹ aūt opationib⁹ epieykia et pra/uitate et his quidem eligibilib⁹ exiſtentib⁹ his aūt fugiendis his aūt neutris ſimiles habent et delectationes et ſm vnāquāq; operationem propria delectatio eſt. que quidē igitur ſtudioſe ꝓpria epieykes. que aūt praue mala Et em̄ cōcupiſcētie bonorum quidem laudabiles turpium aūt vituperabiles. Magis autem propꝛie operatōib⁹ que in ipſis delectatiōes cōcupiſcētijs. he quidē em̄ diſcrete ſunt et temporibus et natura. he aūt ꝓpinque opatiōib⁹ et indiſcrete ſic vt et habeat dubitationem ſi idem eſt opatio delectationi: nō tm̄ videtur quidem delectatio mens eſſe neq; ſenſus. inconueniens em̄ ſed propter non ſepari videtur idez quibuſdam. quēadmodum igitur opatiōes altere z delectatōes. Differt aūt viſus a tactu puritate et auditus et olfactus a guſtu. Similiter vtiq; differūt et delectatiōes et ab his q̄ circa mentem z vtreq; ab inuicem. Videtur autem eſſe vnicuiq; animali z delectatio ꝓpria quēadmodum z opus. que enim ſm operationem et in vnoquoq; autem ſpeculanti hoc vtiq; apparebit. altera enim eque delectatio et canis et hominis quemadmodum Eraclitus ait aſinum vtiq; fenum eligere magis q̄ aurum. delectabilius enim nutrimentum auro aſinis. Que quidem igitur diuerſorum ſpecie differunt ſpecie. eas autem que eorundem indifferentes rōnabile eſſe. Differunt autem nō pauc⁹ in hominibus. eadem enim hos quidem delectant hos autem contriſtant. z his quidem triſticia z odibilia ſunt. his autem delectabilia z amicabilia. et in dulcibus autem hoc accidit. Non enim eadem videntur febricitanti z ſano neq; calidum eſſe debili z bene habenti. Similiter autem z in alteris hoc accidit. Videt autem in omnibus talibus eſſe quod videtur ſtudioſo. ſi autem hoc bene dicitur quēadmodum videtur. z eſt vniuſcuiuſq; menſura virtus et bonus ſm q̄ talis. et delectationes erūt vtiq; que huic videntur et delectabilia quibus iſte gaudet. Que autez huic triſticia ſi huic apparēt delectabilia nihil admirabile. multe em̄ corruptiones et nocumenta homini fiunt. delectabilia autem non ſunt. ſed his et ſic diſpoſitis. confeſſas quidem igitur turpes manifeſtum q̄ non dicendum delectationes eſſe preter q̄ corruptis. Earum autem que epieykes eſſe videntur quale vel quā dicendum homis eſſe vel ex opationibus manifeſtum his em̄ ſequūtur delectatōnes. Siue igit vna ē ſiue plures que perfecti et beati viri bas perficientes delectationes principaliter dicuntur vtiq; hominis delectationes eſſe. relique aūtē ſecūdo et ſubmultipl̄r quēadmodū opationes.

Querit Septio vr̄z vnicuiq; rei inſit ꝓpria delectatō ſic̄ z ꝑpa opatō. Arguit ꝑ

mo q nō. qz si sic. vel hoc esset qz operatio esset propria t ꝑma cā delectatōnis. sed hoc non. qz dicit primo rethoricē. delectari in hoc ꝙ sistit q sensus aliqd patiatur. et ad delectatōem pteredit cognitio. sed obiecta ꝑtā st̄ operationib. g̃ operatio nō est ꝓpria t ꝑma cā delectatōis

Scdo sic. otiū t q̃es st̄ p cessatōem operatōis. q̃ nō sunt delectabilia. vt dicit ꝑmo rethoꝛice. g̃ operatio nō est prima causa delectatōnis. t sic nō oporteret q vnicuiq; rei insit ꝓpria delectatio per hoc q ei⁹ est ꝓpria opatio. Tertio sic. oīs operatio in motu firmatur. sed motus nō est cā delectatōis. g̃ nec operatio. Minoꝛ ꝓbat dupl'r. ꝑmo qz motus laboꝛē t lassitudinē iportat operātib. sed qđ est laboꝛiosum t lassans nō est delectabile sed poti⁹ afflictiuū. ergo motus nō est causa delectatōis. Item motus importat quādā innouatōem q̃ opponit ꝙsuetudini. sed ꝙsueta st̄ nobis delectabilia. vt ꝺ: ꝑmo rethoꝛice et secūdo metaphisice. ergo motus non est cā delectationis. In oppositum est ꝓbus in textu.

Sciendum primo

Q̃ postq̃ ꝓbus ostendit delectatōes differre ſm diffe/rentiam operationū. ꝙsequēter idē ostēdit ſm dr̃ām operationū in bonitate et malicia. rōne cui⁹ ꝺr q cū operationes differāt ſm epickem t prauitatem. hoc est ſm virtutem t maliciā. ita q̃dā operatōnes sunt eligibiles scz virtuose. quedā vero fugiende. scz vitiose. quedā vero ex suā spēm neutro modo se habent. sed possunt ad vtrūq; trahi. ita etiā se habet circa delectatōnes. qz cū vnicuiq; operationi sit aliq̃ delectatio propria. illa q̃ est virtuose operatōis est ꝓtuosa. t que prauе prava. et sic vult ꝓbus q sicut operatōes sunt altere ſm ꝓtutē t maliciā. ita ex etiā delectatōem. qđ ꝓbat rōne sumpta ex parte ꝙcupiscentiarū. qz cōcupiscentie quib⁹ aliqua bona ꝙcupiscuntur sunt laudabiles. t turpiū vituperabiles. sed delectabiles sunt magis ꝓpinque t ꝓprie operationib⁹ q̃ ꝙcupiscētie. ergo sicut operatōes sunt altere ſm ꝓtutem t maliciam ita etiā et delectatōes Et vt dicit textus ꝙcupiscētie distinguuntur ab operationib⁹ tempore t natura Tēpore q̃dem. qz prius ꝙcupiscimus aliquid operari q̃ operemur illud. Natura quidē. qz operatio est actus pfecti. ꝙcupiscētia aūt imperfecti t nōdum habentis perfectōez et qz delectatōnes sunt etiā actus imperfecti. ideo sunt ꝑpinque operationib⁹. Sunt etiā delectationes indistincte ſm tempus. qz si duduz aliquis aliquid operabatur in tali operatōe nō delectaf. eo delectatio est rei presentis sed ꝙcupiscentia est rei absentis t future. Et vt subdit textus intantū ꝓpinqua est delectatio operationi q̃ dubitatur vtrū operatio sit idem delectationi. qđ nō est dicendū. qz delectatio est in operatione sensus vel intellect⁹ qui sine cognitione delectari non possunt. sed delectatio non est idem q operatio sensus vel intellectus. qz magis pertinet ad appetitiuam

Sciendum secundo. q vt ꝺ: textus ponendo dr̃ām delectationū q̃tum ad bonitatē naturalem delectationes differūt ſm puritatē t impuritatem. qz opatōes sensuum ſm puritatem differunt. qz purioꝛ est operatio visus q̃ tactus auditus t olfactus. t dicitur operatio purioꝛ que est immaterialioꝛ. ideo operatio visus est purissima inter omnes operationes sensus t etiam obiectus eius sit sensibile in actu p lumē diriuatū a coꝛpe celesti t etiā in eadē operatōe visus sola trāsmutatōe spūali immutat. Propter eadē cās operatio tactus est maxime materialis qz eius obiecta sunt cum ꝺditōib⁹ materie passibilia. medium etiam ipsius nō est extraneum. Et eadē differentia puritatis attenditur inter delectatōnes sensuuz ad inuicem. Operationes aūt t delectationes intellect⁹ sunt puriozes operationib⁹ t delectatōib⁹ sensus. s. magis immateriales. Sed vt magis videatur differētia delectationum ex parte subiecti ponitur

Conclusio prima

Et responsiua. Unicuiq; rei inest propria delectatio sicut t ꝓpria operatio. Probat qz delectatio seq̃tur operationem vt patuit. ergo. Q̃ aūt sit ꝓpria operatio vniuscuiusq; rei patz qz operatiōes insequuntur formas rez ſm quas specie differunt. Q̃ autem singularium sit ꝓpria delectatio patet. qz alia ē equi alia canis et alia hominis sicut Eraclitus dicit q asinus magis diligit fenū q̃ aurum. Ex quo patet q differentium specie sunt delectationes specie differentes. sed indifferentium specie rationale est vt sit indifferens delectatio cōsequens naturam speciei. Et sic patet differētia delectationū q̃tum ad animalia diuersarū specieꝝ Sed vt videaf dr̃a delectationum in hoib⁹ ponitur Conclusio secūda. Licet in aliis ab hoie indifferentiū specie sit indifferēs delectatio. rū in hoib⁹ multū differūt delectatiōes sicut t operationes. Probatur ꝙclusio. qz opationes t delectationes alioꝝ animaliū cōsequunf inclinationem naturalem que est eadem omnib⁹ animalib⁹ eiusdem speciei. sed delectatio t operationes hominū ꝓpiunt a ratione que non determinantur ad vnum. ergo conclusio vera. Secundam ꝑtem ꝓbat qz eadem delectant quosdam homines t quosdam ꝙtristant. t quibusdam quedam st̄ odibilia t tristia que aliis sunt delectabilia t amabilia. que quidem se consequūtur quia vnusquisq; in eo quod amat delectatur. et hoc accidit quia quidam sunt melius vel peius dispositi ſm rationem. et idem accidit in gustu. quia non eadem videntur dulcia febricitanti habenti gustū infectū. t sano habenti gustū bene dispositum. et ita est de aliis. Et idē non videf calidum habēti debilem tactū. t ei q̃ ſm tactū bene se habet.

Dubitatur primo

Que delectationes humane sunt potiozes. Respondet textus q virtuosarum. qz in omnib⁹ pertinentib⁹ ad passiones t opationes humanas illud est verius quod apparet virtuoso qui habet rectum iudiciū circa talia. sicut sanus circa dulcia. qz virtus est ſm quā iudicatur de oīb⁹ humanis rebus iō ille sunt vere delectatiōes que sunt virtuose. et illa vere sunt delectabilia quib⁹ virtuosus gaudet. si aūt illa de quib⁹ tristatur virtuosus apparеant alīs delectabilia nō est mirandum vt dicit textus. qz hoc dicit ꝓpter multas coꝛruptiones t multiplicia hominuz nocumenta quibus ratio et appetitus peruertunf. Et sic que repudiat ꝓtuosus non st̄ simpliciter delectabilia. sed solum male dispositis. Et ex quo ꝑz q̃ille delectationes quas omnes cōfitentur esse turpes non sunt dicende delectabiles nisi cū coꝛruptz hoib⁹

Dubitaf secūdo vtrum delectationum virtuosi vna sit potioꝛ alia. Respondet textus q sic. t hoc dicit manifestum esse ex operationib⁹ ad quas sequunf delectationes. siue eīn sit vna operatio siue plures q̃ sunt ꝑpe hois perfecti. t sic bñ manifestum est q delectationes conse/

quentes has operationes sunt principales. relique vero secūdarie ⁊ min⁹ ꝑncipales. sicut circa opatiōes accidit

Ad rationes Ante oppositum Ad primam dicitur. ꝙ obiecta operationū nō sunt delectabilia nisi inq̄tum ꝯiungūtur nobis ꝑ cognitionem solum. sicut cum delectamur in speculatione vl̄ consideratione. vel quocunq̄ alio modo cum cognitione sicut cum quis delectatur in hoc qđ cognoscit se habere diuitias vel honores. que non essent delectabilia nisi apprehenderentur vt habita. quia sicut dicitur secundo politice magnam partem delectationū habet praue aliquid si propriumq̄ procedit ex naturali amore ad seipsum. habere autem hmōi nihil aliud est q̄ vti eis vel posse eis vti. hoc est per aliquam delectabilem operationem ideo omnis delectatio in operationem reducitur sicut in causam. Ad secūdaz đr ꝙ operationes sunt delectabiles inq̄tum sunt proporcionate et cōnaturales opationi. cum autem virtus humana sit finita ꝑm aliquam mensuram operatio est sibi proportionata. ideo si excedat illā mensuram iam non erit sibi ꝓportionata nec delectabilis. sed magis laboriosa ⁊ attedians. ⁊ ꝑm hoc ociū ludus ⁊ alia ad requiē ꝑtinētia delectabilia sunt inq̄tum auferunt tristiciam ex labore ꝓueniente Ad terciā đr ꝙ mot⁹ laborē ⁊ lassitudinez inducit ꝑm ꝙ trāscendit habitudinē naturalē. sic aūt motus nō est delectabilis. sed ꝑm ꝙ ꝑ ip̄m remouent cōtraria habitudinis naturalis Scđo đr ꝙ illud qđ est ꝯsuetum efficit delectabile inq̄tuz est naturale. nā ꝯsuetudo est q̄si altera natura. motus aūt est delectabilis. nō q̄dez quo recedit a ꝯsuetudine. sed magis ꝑm ꝙ ꝑ ip̄m impeditur corruptio naturalis habitudinis. q̄ potest prouenire ex assuefactione alicuius operis. ⁊ eadem causa connaturalitatis efficitur consuetudo delectabilis ⁊ motus

Jctis autez his que circa virtutes et amicicias et delectationes. reliquum autem de felicitate typo pertransire. quia finem ipsam ponimus humanorum. resumentibus autez predicta compendiosior enim erit sermo. Diximus autem qm̄ non est habitus. etem̄ dormienti per vitam existeret vtiq̄ plante viuente vitam et infortunato maxime. si vtiq̄ hec non placent sed magis in opationem quandam ponendum. quēadmodū in his que prius dicta sunt. Operationum autem he quidem sunt necessarie et propter altera eligibilis. he autem ꝑm seipsas. Manifestum qm̄ felicitatem earum que ꝑm seip̄as eligibilium aliquam ponendū. et nō earum que propter aliud nullo em̄ indigens felicitas. sed ꝑ se sufficiens ꝑm seip̄as aūt sunt eligibiles a quib⁹ nihil queritur preter operationem. Tales autem esse vidētur que ꝑm virtutes actiones. bona em̄ et studiosa agere eorum que propter seipsam eligibilium. sed et ludorum delectabiles. non enim propter altera ipsos eligunt. leduntur em̄ ab ipsis magis q̄ iuuantur negligentes corpora et possessionem. Refugiunt autem ad tales conuersationes felicitantium multi ꝓpter quod apud tyrannos approbantur in talibus conuersationibus eutrapeli. que em̄ appetunt in his retribuunt seipsos delectabiles. Indigent aūt talibus. videntur quidem igitur felicitiua hec esse ꝓpter eos qui in potentatibus his vacare. Nullum aūt forte signū tales sunt nō em̄ impotentē esse virt⁹ neq̄ intellectus a quibus stupiose opationes: neq̄ si ingustabiles isti existentes dilectionis sincere ⁊ liberalis ad corporales refugiunt. propter hoc has existimandū eligibiliores esse. etem̄ pueri que apud ipsos preciosa optima existimant esse rōnabile vtiq̄ quemadmodum pueris ⁊ viris altera videntur preciosa. sic ⁊ prauis ⁊ his qui epicykes quēadmodū igit̄ multotiens dictuz est et preciosa et delectabilia sunt que studiosa talia entia. vnicuiq̄ autem que ꝑm proprium habitum eligibilissima operatio et studiosa autem ꝑm virtutem. non in ludo ergo felicitas. Eterum inconueniens finem esse luduz ⁊ negociari ⁊ malum pati ꝑm vitam omnem ludendi gratia. omnia em̄ vt est dicere alterius gratia eligimus preter felicitatem. finis enim hec. Studere ⁊ laborare ludi gratia. Insipiēs videtur ⁊ valde puerile. ludere autē vt studeat ꝑm anatarsem recte habere videtur. requiei enim assimilatur ludus. Impotens autem continue laborare requie indigent non vtiq̄ finis requies. fit enim gratia operationis. Videtur autem felix vita ꝑm virtutem esse. hec

autem cum gaudio: sed non in ludo melioraq; dicim⁹ studiosa eē ridiculis et cū ludo et melioris semp particule et hominis studiosiorē operationem. que autem melioris melior et felicior. Jam potietur vtiq; delectatōnibus corporalibus quicunq;. et bestiale non minus optimo. Felicitatem aūt nullus bestiali tribuit. si nō et vitam. nō em̄ in talibus cōuersationib⁹ felicitas. sed in his que ſm virtutē operationibus quēadmodū et prius dictū est

Querit octauo. vtrū felicitas sit operatio Arguitur primo q non. quia vt dicitur secundo de consolatōne philosophie. felicitas est status omnium bonorum aggregatōe perfectus. ſz status nō nominat opationem. igitur felicitas non est operatō Secundo sic. felicitas significat aliquid in felice existens cum sit vltima pfectio hominis. sed operatio non significat aliquid existens in operante sed magis significat aliquid ab ipso pcedens. ergo felicitas nō est opatio Tercio sic. felicitas est vita eterna ſm apostolū ad Rhomanos vi. sed vita nō est opatio sed ipsum esse viuentis ergo felicitas nō est opatio. Jn oppositū est pⁿs

Sciendum primo

q postq̄ pⁿs determinauit de delectatōne. hic pſequēter determinat de felicitate. primo pſinuando ad pcedentia narrans. Dictū est em̄ de virtutib⁹ a scōo libro vſq; ad octauum. De amicicijs in octauo ⁊ nono. Et de delectatione in prima parte huius decimi. Jdeo dom̄ est nunc de felicitate. de qua opret ptransire. i. breuiter dicere. ⁊ typo. i. figuraliter. sicut de ceteris moralib⁹ ꝓtutib⁹ dcm̄ est Sciendū secundo q ideo de felicitate hic dicēdum est. q: coīter homes ponūt eam finem oīm humanarū opationū. finē aūt nō optz eē ignotū ad hoc q sine errore opatōis dirigamur ad finē Et sub dit pⁿs ponendo modū tractādi de felicitate dicēs q optz resumere ea q̄ dicta sunt supⁿ in primo libro de ipa. q: sic erit breuior sermo si a pncipio de ipa ptractet Deinde exeq̄tur pⁿs ꝓpositū suū. ⁊ primo manifestat genus felicitatz Pro q̄ sit

Conclusio prima.

Felicitas nō est habitus. pbatur q: habitus remanet in dormiente. si ergo felicitas esset habitus seq̄ret q esset in dormiente p totam vitam vel p maximā ptem eius. ſz hoc esset inconueniēs. q: dormiens nō habz opatōez nisi eam que ptinet ad animā vegetatiuā. que inuenit in plātis. q̄bus felicitas nō ꝓuenit. Sensus em̄ et motus exteriores cessant in dormiente. interiores em̄ fantasie sunt inordinate ⁊ imperfecte. Sil'r si aliqua opatio intellect⁹ sit in dormiēte est imperfecta. sole aūt pres anime vegetatiue p̄se sunt in dormiente. Secōo pbatur q: in infortunatis manet habitus ꝓtutis. opatōes aūt ꝓtutū impediūtur in eis ppt infortunū. q̄ si felicitas, eēt hit⁹ seq̄ret q infortunati eēnt vere felices. ſz h̄ē ꝓtra cōez opinionē hominū. q estimāt infortuniū repugnare felicitati. h̄ tū nō; h̄ stoici p inconueniēti dicētes exteriora bona nullo mō esse hois bona Et iō ſm ipos p infortunijs nihil pt hoi de sua felicitate diminui Conclusio secunda. felicitas est ponēda inter opatōes sicut dcm̄ ē in primo hui⁹ Probatur pclusio. q: felicitas ē vltima hois pfectio. ſz vnūqq̄z pfectū ē inc̄pt̄ū est in actu. q: potētia sine actu ipfecta est. q̄ felicitas pſistit in vltimo actu hois. ſz opatio ē vltim⁹ actus opantis. ideo in secūdo de aia vocat act⁹ secundus. q: habēs formā pōt esse i poña opans. sicut sciens est potentia ꝓsiderās. Ergo felicitas est opatio hominis.

Dubitatur primo.

Sub quib⁹ opationib⁹ cō phēdit felicitas Pro dubio est sciendū. q (vt sufficit ad ꝓpositū) opatiōes q̄dā sunt necessarie ad aliud ⁊ eligibiles ꝓpter quedā alia. vt sunt ille q̄ nō nisi ꝓpter finē eligibiles sunt Alie sunt eligibiles ꝓpter seipas. q: q̄uis nihil aliud ab eis suqueniret tamē habēt i seipsis vñ appetant. Tūc rndetur ad dubiū cum textu q felicitas ponat sub opationib⁹ ſm seipsas ⁊ sub alijs q̄ sunt eligibiles ꝓpter aliud. Patet q: felicitas est p se sufficiēs bonū nō indigens aliquo alio vt dictum est in pncipio. Sed ille opationes ſm se eligibiles dicunt. ex q̄bus nihil aliud sequit̄ p̄ter ipsam opationē. quasi nullo alio indigētes ad hoc q sint eligibiles. ⁊ sic patet q felicitas ē opatio ſm se eligibilis. Dubitatur scōo. vtrū sub qualibet opatione eligibili ponat felicitas. Pro dubio ꝓsiderandū ē cum textu. q talīū opationū ſm se eligibiliū quedā sunt opationes ſm virtutez ⁊ quedam ſm ludū. Causa pmi ē. q: hoc ē p se eligibile homini q̄ est p se bonū ⁊ honestū. ideo honestū a Tullio sic diffinit q̄ sua vi nos attrahit ⁊ sua dignitate nos allicit. Causa secūdi ē. q: nō videt q hoies eligāt opatiōes i ludo existentes ꝓpter aliquā vtilitatē. q: cum per tales operationes magis ledantur q̄ iuuentur. nam per ludos hoies negligunt corpora que laborib⁹ ⁊ piculis exponūt. et possessiones ꝓpter expēsas q̄ i ludo fiunt. Rndet text⁹ q quibusdā videt felicitas esse in opatione ludi. et mouent ꝓpter hoc q felices pfugiunt ad tales ꝓuersationes que sunt i ludis. Et inde est q tiranni approbāt i ꝓuersatione ludi cutrapolos. q̄ ꝓuenienter sciunt ludere. ⁊ hic vocat philosoph⁹ hmōi tirānos potētes. q: cōi vtilitati nō intendūt ſz ꝓprie delectatiōi q̄ i ludis ꝓuersāt. Jō aūt tirānni hos vocant. q: tales lusores exhibēt se tirānis delectabiles in illis q̄ tiranni appetūt. s. in delectationib⁹ ludi ad quas indigent istis. Sed hāc rationē excludit philosophus dicēs. q ex hmōi potētib⁹ nō pōt accipi signū sufficiēs q felicitas pſistat i ludo. q: in istis nō inuenit excellentia pre alijs hominib⁹ nisi ſm potentiā humanā. Ex quo nō sequit̄ q eorū opatiōes sint virtuose. q: virtutes q̄ sunt pncipia opationū nō pſistūt in hoc q aliqs sit potens. ideo nō opz q opatiōes ludi (q̄b⁹ potētes vacant) sint optime. sil'r q̄tū ad appetitū qui p virtutē rectificat. etiā nō opoz q potētes bene se habeant. ⁊ q̄ si potentes intentiōis gustu nō pcipiant delectationē ꝓtutis actiue vel speculatiue (que ē liberalis) fugiūt ad delectationes corpales. inter quas cōphendunt ludicra. Tū ꝓpter hoc nō ē dom̄ q tales opatōes vl' delectatōes sint alijs eligibiliores. q̄d patz q: pueri eo q carent intellectu ꝓtute reputāt etiā quedā puerilia (in quib⁹ ꝓuersant) esse pcciosissima ⁊ optima. q̄ tū nō sunt magni ponderis. nec a viris sapiētib⁹ aliquid reputant. sicut igit pueris ⁊ viris pfectis alia ⁊ alia vident pciosa. ita etiā ⁊ prauis ⁊ virtuosis. inter que etiam ulla sunt vere pciosa ⁊ delectabi

ta. q̃ talia reputant a ꝓtuoso. qui est regula humanorum actuum. sicut em vnicuiq; videtur maxime eligibile opatio sibi ꝓueniens ſm ꝓpriũ habitũ. Ita etiã virtuoso est maxime eligibilis opatio q̃ est ſm virtutem. Et ideo in tali operatõne est ponenda felicitas z non in operatõne ludi Et notanter dr q̃ speculatiue virtutis est sincera felicitas. qz est absq; corruptõne eius q̃ delectat. Et q̃ est liberalis. qz est ſm rõnem ſm quã est liber in operando. Secundo respondet ad dubiũ determinando veritatez q̃ in opatõne ludi nõ est felicitas Probat duabꝫ rõnibꝫ ꝓma est. qz si sic sequtur q̃ finis totius humane vite esset ludus. ita q̃ hõ negociaret z oia alia mala paterentur vt luderet solum ꝓñs est falsum. qz si homo studeat speculatõni z labor est in actõne ꝓpter ludum. videtur esse valde stultum z puerile. Paret tamen ꝓña. quia fere omnia alia eligimus alterius grã ꝓpter felicitatem que est vltimus finis Sed (vt dr phs) ecõuerso dõm est ſm sententiam Anatrasis. licet aliqs ludat ad hoc q̃ postea diligẽtiꝰ studeat. qz in ludo est quedã relaxatio z reqes animi. sed hoies cum nõ possent continue laborare indigẽt requie. z sic requies est finis vltimus Secunda ratio est quia aliqui ponũt felicitatẽ in ludo ꝓpter delectatõem in ludo. qz felicitas habet quãdã delectatõez. eo q̃ ẽ opatio ſm virtutẽ que cũ gaudio existit. nõ tamẽ hoc est cuz gaudio ludi. Vñ patet formãdo istam rõem. qz felicitas in optimo ꝓsistit cum sit summũ bonũ hominis. sed virtuosa que serioſe agũtur sunt meliora q̃z ridiculosa q̃ fiũt in ludo. Ergo felicitas nõ consistit in opatõne ludi Minor probatur. qz opatio est melioris particule anime et que est ꝓpria homini est melior. z p ꝓñs felicior. sed operatio virtuosa est hmõi igit. Existis patz q̃ in dictis cõuersatõnibꝫ (inter quas ꝓputant delectatões ludi) non ꝓsistit felicitas. sed solũ in operatõnibꝫ que fiunt ſm virtutem. Patz q̃ declinatõnibꝫ corpalibꝫ ꝑ potiri q̃cunq; hõ. etiã nõ minus bestialis q̃z optimus Sed bestiali hoi ius attribuit felicitatẽ. neq; etiã pti anime brutali. sic nec attribuit ei vita. que ꝓpria est homini

Ad rõnes Ante oppositũ. Ad primã dicitur. q̃ Boetius considerat ipsam cõmunem felicitatem que est quoddam bonum commune perfectum. z hoc significat predicta diffinitio Boetij. per quam nihil aliud significatur nisi q̃ felix est in statu boni perfecti Sed phs hic exprimit ipsam essentiam felicitatis ostendendo per quid homo sit in hmõi statu. qz p opatõem quandã Ad secãdam dr. q̃ felicitas nõ est opatio transiens ab opante in materiam exteriorẽ sed est opatio immanens in agente. qz est eius perfectio

Ad terciã dr. q̃ licet felicitas nõ sit vita capiẽdo vitam ꝓ esse viuentis. qz esse hois qualecũq; sit nõ est eius beatitudo nam solius dei beatitudo est suũ esse Tñ felicitas est vita capiendo vitã ꝓ opatõe viuentis ſm quã principiũ vite in actũ reducit. z ſm hoc vita nominat activa ꝓ templatiua vt voluptuosa. Et hic vita eterna dicitur vltimus finis

Jaũt est felicitas ſm virtutẽ opatio. rõnabile ſm optimã Hec aũt erit vtiq; optimi. sive igitur intellectus hoc sive aliud quid quod vtiq; ſm naturam videtur principari et dominari. et intelligentiam habere de bonis et diuinis. sive diuinum ens et ipm sive eorum que nobis diuinissimum huius operatio ſm propriam virtutem erit vtiq; perfecta felicitas. Quoniam autem est speculatiua dictũ est. confessum autem hoc vtiq; videbitur esse et his que prius et ipsi vero. Optima etenim hec operatio etenim intellectus eorum que in nobis. z cognoscibilium circa que intellectus Adhuc autem cõtinuissima speculari. etenim possumus continue magis q̃z operari q̃cunq;. Estimamusq; oportere delectatiõem admixtam esse felicitati delectabilissima autem earum que ſm virtutẽ operationum: q̃ ſm sapientiã cõfessa est Videtur em̃ philosophia admirabiles delectationes habere puritate et firmitate. rationabile aũt scientibꝫ et querentibꝫ delectabiliorem cõuersationem esse

Querit nono. vtrum felicitas consistat in operatione sensus Arguitur. primo q̃ sic. quia nulla notitia in homine reperitur melior intellectiua. sed intellectiua in nobis dependet a sensitiua. vt patet tercio de anima. igitur. Secũdo sic. felicitas ẽt aliorum bonorũ. sed quedam bona sunt sensibilia que attingimus ſm sensus operationẽ. igit z c. Tertio sic. felicitas est bonũ vt patuit in ꝓmo huius. sed ipsa non est perfecta nisi ꝓficeret hoiem ſm oẽs suas ptes. sed opatões sensitiue quasdã ptes aie perficiũt. ẽ opatio sensitiua. ad felicitatem req̃ritur In oppositũ est phs in textu.

Sciendum primo

q̃ postq̃ phs ostendit q̃ felicitas est opatio ſm virtutem. hic consequenter ostendit cuius virtutis sit ipsa operatio. Et primo ostendit hoc in generali. de quo in presenti questione. secũdo in speciali. de quo in sequẽti q̃stione. Circa primum dicit q̃ cum felicitas est operatio ſm virtutem rationabiliter sequitur q̃ sit operatio ſm virtutem optimã Sciendum secundo. q̃ aliquid potest ad felicitatem pertinere tripliciter. primo essentialiter. secũdo antecedenter. et tercio cõsequenter

Conclusio prima

Licet operatões sensus pñt ptinere ad felicitatẽ antecedenter z ꝓñter. nõ tñ essentialiter. Prima pars ptz q̃ intellectus ꝑexigit opatõem sensus q̃ ad beatitudinẽ imperfectã que in hac vita haben ꝑt. Secũda pars pz. qz post resurrectionẽ ex ipsa beatitudine aie (vt dicit Augustin9) fiet quedã influentia in corpus z in corporeos sensus vt in suis operationibꝫ perficiat. Ergo in ista perfecta beatitudine (q̃ expectat in celo) ꝓñter ptinere ꝑ ad felicitatez opatio sensus. z nõ antecedent. qz tũc operatio (q̃ mẽs hũana deo ꝓiungit) a sensu nõ depẽdet. Tertia ps ptz. qz hois pfcã felicitas ꝓsistit in ꝓiũctõne ipi9 ad bonum

increatum quod est vltimus finis. Sed huic homo coniungi nō potest per operatōem sensus. igit̄ ꝛc. Item felicitas hominis nō ꝓsistit in corporalibus bonis sicut ostensum est in ꝓmo huius. sed illa bona per opatōem sensus attingimus. igit̄ operatio sensus essentialiter nō ptinet ad felicitatem Conclusio secūda. felicitas est opatio hominis fm̄ virtutem optimam. Probat. quia ipsa est optimū inter omnia bona humana. cum sit omniū finis Sed melioris potentie est melior operatio. ergo opatio optima (que est felicitas) est opatio eius quod est in homine optimū Quantū ad secōm

Dubitatur ꝓmo.

Quid sit illud in homine optimū. Respōdet ꝙ est intellectus. sed quia circa hoc sunt aliqui diuersimode loquuti. nec est locus talia discutiendi. ideo sub dubio ad presens relinquit ꝓpōs vtrū scz optimū hominis sit intellectus vel aliquid aliud Ponit tamen ꝓpōs quedam signa ex q̄bus cognosci potest ꝙ intellectus est optimum eorum q̄ sunt in homine. Primo per ꝓparationem ad ea que infra intellectum sunt. quibus intellectus ꝙ suam excellentiaz ꝓncipat̄ z dominat̄ respectu irascibilis z concupiscibilis quasi politico ꝓncipatu ꝓsidendo. quia in aliquo sibi resistere pñt. dñatur aūt membris corporis que ad nutum obediunt rōnis imperio absq̄ contradictōne z ideo ipsis presidet q̄si ꝓncipatu dispotico. vt dr̄ ꝓmo politice. Secundo ponit signa excellentie intellectus per cōparationē ad superiora z ad res diuinas. ad quas dupliciter cōparatur. Uno modo fm̄ habitudinem ad obiecta. solus em̄ intellectus habet intelligentiam de rebus essentialiter bonis que sunt res diuine. Alio modo ꝓgatur intellect⁹ humanus ad res diuinas fm̄ materialitatē ad ipsas. diuersimode quidem fm̄ diuersorum sententias. nam quidam posuerunt intellectum humanum sp̄ esse ꝙ petuū z separatū aliquid z fm̄ hoc ipse intellectus humanus esset quoddam diuinum quia res diuine dicuntur que sunt sempiterne z sepate. Alij vero posuerunt eū esse ptem anime. sicut Aresto. z hoc nō essz simpliciter quoddam diuinum. sed esset dignissimū inter omnia que in nobis sunt ꝓpter maiorem ꝓuenientiam quam habz cū substantijs separatis. fm̄ ꝙ exerceret eius operatōnem sine organo corporeo. Quocūq aūt modo se habeat necesse est ꝙ fm̄ predicta felicitas sit opatio huius optimi fm̄ ꝓ tutem sibi ꝓpriam. quia operatio perfecta requisita ad felicitatem non potest esse nisi potentie perfecte per habitū qui est virtus ipsius. fm̄ quā redditur operatōnem bonam Dubitat secundo. vtrum felicitas consistat in actu voluntatis. Et videtur ꝙ sit. quia est summū bonum. sed bonum est obiectum nō intellectus sed voluntatis. igit̄ ꝛc. Item. primo mouenti correspondet vltimus finis. sed primum mouens ad operandū est voluntas. que mouet alias potentias. igitur felicitas est nobilissima operatio hominis. sed nobilissima operatio est dilectio dei q̄ est actus voluntatis. Rñr ꝙ ad felicitatem duo requirunt. vnū est qđ est essentia felicitat̄ sicut opatio ei⁹. aliud qđ est q̄si ꝙ accūs eius. s. delectatio et adiuncta. Quātuz aūt ad id quod est essentialiter ipsa felicitas impossibile est ꝙ consistat in actu voluntatis. quia voluntas fertur in finem vt absentem cum ipsum desiderat. z vt presentem cum in ipso quiescens delectatur. Sed desiderū finis nō est ꝓsecutio eius. sed est motus ad ipsum. Delectatio aūt ꝓuenit ex hoc ꝙ finis est presens z non econuerso. ergo oportet esse aliquid aliud. q̄ actum voluntatis. per quod ipse finis sit presens volenti. z hoc manifeste patet circa fines sensibiles. Si em̄ consequi pecuniam esset per actum voluntatis statim a principio cupidus consequutus esset pecuniam quando veller eam habere. sed a principio est absens ei. consequitur autem ipsam per hoc ꝙ manu eaz apprehendit. z tūc delectatur in pecunia habita. Et sic contingit circa intelligibilem finem nam a principio volumus consequi ipsum. sed consequimur ipsuz per hoc ꝙ fit presens nobis per actum intellectus. et tunc voluntas delectata quiescit in fine iaz adepto. z sic felicitas in actu intellectus essentialiter consistit. fm̄ q̄ actus voluntatis (que est delectatio) consequitur felicitatem. Ad rationes dubij. Ad primam dicitur. ꝙ primus actus voluntatis nō est obiectum eius. sicut nec primum obiectum visus est visio sed visibile. et ideo ex hoc non sequitur ꝙ felicitas pertineat ad voluntatem tanq̄ actus eius. Ad secundam dicitur. ꝙ intellectus prius apprehendit finem q̄ voluntas. tamen motus in finem est a voluntate. et ideo in voluntate dicitur id esse quod vltimo consequit consequutionem finis. scz delectatio vel fruitio Ad terciam dicitur. ꝙ delectatio preeminet cognitōni in mouendo. sed cognitio prior est delectatōne in attingendo. non em̄ diligitur nisi cognitum. z ideo intelligibilem finem attingimus per actionem intellectus. sicut et finem sensibilem ꝓmo attingimus ꝙ actionē sensus

Ad rationes Ante oppositum. Ad primam patet ſolutio. Ad secundam dicitur ꝙ felicitas perfecta (qualis erit in futura vita) habet congregatōnem omnium bonorum per conjunctōnem ad vniuersalem fontem totius boni non ꝙ beati indigeant singulis particularibus bonis. sz in hac beatitudine requiritur congregatio bonoruz sufficientium ad perfectissimam operationem huius vite.

Ad terciam dicitur ꝙ perfecta felicitate perficitur totus homo. sed in inferiori parte per redundantiam a superiori. in felicitate autem imperfecta huius presentis vite econuerso proceditur a perfectione inferioris partis ad superiorem.

Et que dicit alicarlzeya circa speculatiuam maxime vtiq̄ erit: Ad viuere quidem enim necessarijs et sapiens et iustus. et reliqua indigent: talibus autem sufficienter largitis iust⁹ quidem indiget ad quos iuste operetur et cuz quibus: Similiter autem et temperat⁹ et fortis et aliarum vnusquisq̄. Sapiens autem fm̄ seipsum ens potest speculari et quando vtiq̄ sapientior fuerit magis. Melius autem forte cooperatores habere. sed tamē ꝙ se sufficientissimus. Videbitur autem vtiq̄ ipsa sola propter seipsam diligi. Nichil enim ab ipsa fit preter speculari. Ab operabilibus autē. vel

plus vel minus acquirimus preter actionem. Videturq; felicitas in vacatõne esse. non vacamus enim vt vacemus. et bellamus vt pacem ducamus. Practicarum quidem igitur virtutum in politicis vel bellicis operatõnes sunt que aũt circa hec actõnes videntur nõ vacantes esse. bellice quidem penitus. Nullus em̃ bellare eligit eius quod bellare est gratia neq; preparare bellum. videtur em̃ vtiq; omnino occisor violentus quis esse si amicos oppugnatores faceret. vt pugne et occisiones fierent Est autem et que politici nõ vacans. et preter ipsum ciuiliter conuersari. acquirens potentatus et bonores. et magis felicitatem ipsi et ciuibus alteram existentem a politica. quam et querimus manifestum vt alterã existentẽ. Si vtiq; eas quidem (que fm virtutes) actiones politice et bellice et pulchritudine et magnitudine precellunt. Ve autem nõ vacantes et finem aliquem appetũt. et nõ ppter seipsas sunt eligibiles Intellectus aũt operatio studio differre videtur speculatiua existens. et preter ipsam nullum appetere finem. habereq; delectationem. hec aũt coauget operationem. et per se sufficiens vtiq;. et vacatiuum vtiq; et illaborioſum vt bumanum. et quecũq; alia beato attribuuntur fm banc operationem apparẽt entia. Perfecta igit felicitas hec vtiq; erit hominis accipiens longitudinem vite perfectam. Nihil em̃ imperfectum est eorum q̃ felicitatis

Queritur decimo vtrũ felicitas consistat in operatione intellectus speculatiui. siue in speculatõne veritatis. Arguitur primo q nõ. quia finis vltimus cuiuslibet creature consistit in assimilatõne ad creatorem. sed homo magis assimilatur deo per intellectum practicum qui est causa rerum intellectarum q̃ per speculatiuum. cuius scia accipit a reb⁹. Secũdo sic. felicitas est pfectum bonum hois sed intellect⁹ practicus magis ordinat ad bonum q̃ speculatiu⁹ q̃ ordinatur ad verum. Uñ et fm pfectõem intellectus practicus dicimur boni. nõ aũt fm pfectõem intellectus speculatiui sed fm eam dicimur scientes vel intelligentes. q̃

Tercio sic. felicitas est quoddam bonũ ipsius hominis sed intellectus speculatiuus occupatur magis circa ea que sunt extra hominem. practicus autem circa ea que sunt in homine. scz circa operationes et passiones eius In oppositum est pb⁹ in textu.

Sciendum primo

q̃ post q̃ pb⁹ ostendit in generali cuius fructis felicitas est operatio. hic prosequẽter hoc ostendit in speciali. Et primo q in operatõe speculatiue fructis psistit felicitas. Secundo cõparat felicitatem ad res exteriores. Et adhuc primo facit qđ dictum est. secundo profert hanc felicitatẽ et q̃ in operatione tali psistit. Et adhuc primo ostendit q felicitas psistit in operatõe speculatõis. Sc̃o qualiter se hz ad hoiem Sciendũ sc̃o. q̃ (vt dicit textus) ex determinatis in sexto hui⁹ ptz. q speculatiua operatio intellectus est fm ppriam eius fructẽ. s. sapientiam. q̃ prehẽdit intellectũ et sapientiã. Et q in tali operatione psistat felicitas videt esse cõsonũ eis que in primo libro dicta sũt de felicitate. et etiam est psonũ ipi veritati

Conclusio prima

Et respõsiua. felicitas psistit in operatione intellectus speculatiui. Probat sex rõnib⁹. prima q felicitas est optima operatio. sz optima operatõ inter humanas operatões est operatio speculatiue veritatis. igit Minor patz dupl̃r. primo ex pte potẽtie. q intellectus est optimũ eor. q̃ in nobis sunt. Sc̃o ex pte obiecti qđ dat spem. etiam operatio intellectus speculatiui est optima. quia inter omnia cognoscibilia intelligibilia sunt optima. et precipue diuina. et sic in eorum speculatione consistit perfecta felicitas Secũda ratio. felicitas est maxime continua et permanens. sz inter omes operationes humanas continuissima est speculatio veritatis. ergo maxime inuenitur felicitas in speculatione veritatis. Minor probatur. quia magis continue potest homo perseuerare in speculatione veritatis q̃ in quacunq; alia operatione. quia propter laborem discontinuatur operatio nostra. quam non possumus continue ferre. sed labor et fatigatio accidit in operib⁹ nostris propter passibilitatem corporis. quod alteratur et remouetur a dispositione naturali. Cum ergo intellectui in sua operatione minime aduenial labor et fatigatio. que nulla esset si intellectus speculando non indigeret fantasmatibus existentibus in organis corporeis. Tertia ratio felicitati adiungitur delectatio. sed inter omnes operationes veritatis delectabilissima est contemplatio sapientie. igitur. Minor est ab oñibus concessa. quia philosophia in speculatione habet delectationes admirabiles. et q̃tum ad puritatẽ et quãtuz ad firmitatẽ. que puritas attenditur ex eo q tales delectationes sunt circa res immutabiles. qui enim delectatur circa res materiales incurrit quandam impuritatem affectus. ex hoc q circa inferioza occupatur. Qui autem circa res delectabiles delectatur non potest habere firmam delectationẽ quia mutata re que delectationem afferebat mutatur et delectio. Speculatio autem veritatis est duplex vna quidem que consistit in inquisitione veritatis. et alia que consistit in cõtemplatione veritatis iam inuente. et hec perfectior est. cum sit terminus et finis inquisitionis. Ideo est alia delectatio in consideratiõe veritatis iam cognite et inuente q̃ in inq̃sitõne. ppter quod qui sciunt veritatem habentes intellectum pfectum p intellectualẽ virtutez delectatõnib⁹ gaudent q̃ illi qui adhuc eam inquirunt

Ex quo pz q pfecta felicitas non consistit in quacunq; speculatione. sed in ea tm̄ que est fm̄ ppriam virtutē intellectus Quarta rō. per se sufficiēs ad rectū ad felicitatē sed p se sufficiētia maxime reperitur circa speculatiuā operationē intellectus. ad quā homo nō indiget aliquo; nisi eo; que sunt necessaria omnib; ad communē vitam. indigent em̄ necessarijs vite taz sapiens q̄ iustus z reliqui hñtes virtutes morales q̄ pficiunt vitā actiuā. Si autē alicui dent sufficiēter neccāria vite. adhuc pluribꝫ indiget virtuosus fm̄ virtutē. Nā iustus in suis opationib; indiget istis ad quos dz iuste agere. qz iusticia est ad alterum Scōo indiget aliquib; cum quib; operetur iusticiaz. ad qō indiget homo frequēter auxilio multo;. Et eadem ratō est de tēperato z alijs moraliter virtuosis. Sed non est ita de sapiēte speculatiuo qui potest speculari veritatez etiā si solus fm̄ seipm̄ existat. qz contemplatio veritatis est operatio intrinseca ad exterius non procedēs. z tanto magis poterit aliquis solus exīs veritatē speculari quāto magis fuerit perfectus in sapiētia. q̄ g̃ plura cognoscit indiget minus ab alijs instrui vel iuuari Quinta ratō felicitas est per se taliter appetibilis q̄ nullo mō appetitur ppter aliud. sed quiescit in sola speculatōe sapiētie. scz q̄ ppter seipsam diligat z non ppter aliud. qz nihil hominī accrescit ex contēplatione veritatis ppter ipsam contēplationē p se. licz bn̄ accidēs consequatur aliud. puta honorem aut grām coz̄ alijs. q̄ non acq̄rit ex sua speculatiōe nisi per accidens. inquantuz scz veritatē p̄tēplatue alteri enunciat. quod iam p̄tinet ad exteriorē actionē. ergo felicitas maxime cōsistit in contēplationis opatione.

Sexta ratō. omnia (q̄ solent attribui tato) existūt in homie fm̄ operationē speculatiuā. s. q̄ sit per se sufficiēs et q̄ vacet q̄tum possibile est homini moralē vitam agēti. in qua vita hmōi non pōt perfecte inueniri. ergo in cōtēplatione (q̄ est opatio intellectus) maxime consistit hominis felicitas. dūmodo assit diuturnitas vite. q̄ requiritur ad bn̄ esse felicitatis. Circa istam rōem sic p̄cedit pbs. felicitas cōsistit in quadā vacatione. Vacatio em̄ dr quando non restat sibi aliquid faciendū vel agenduz quod cōtingit iam cum aliquis ad finem puenit. Ideo subdit textus q̄ non vacamus vt vacemus. hoc est laboramus operando. quod est non vacare. vt perueniamus ad quiescendū in fine. quod est vacare. z hoc ostendit p exemplū bellantiū. quia ad hoc bella gerunt q̄ ad optatā peruenient victoriam. Considerandū est. q̄ pbus supra dixit requiē esse grā operationis. sz ibi loquitur de requie qua vtitur opatio añ consecutionē finis ppter impossibilitatē continue opandi. ad quod requies ordinatur tanq̄ ad finē. Vacatio aūt est requies in fine ad quē ordinatur Conclusio secūda. felicitati maxime conuenit vacatio. Probatur. quia est vltimus finis. sed vacatio est quies in fine. igit̄ sibi maxime conuenit vacatio. q̄ non reperitur in operatione virtutum practicaliū que precipue sunt ille que consistunt in rebus bellicis. quibus ipsum bonum commune defenditur contra hostes. Et tamē istis operibus non conuenit vacatio. quod de bellicis apparet. quia nullus eligit bella gerere aut p̄cipere gratia bellandi. qō est vacationē hꝫre in rebus bellicis. ꝯa si quis finē suū constitueret in rebus bellicis gerendis sequitur q̄ esset violentarius z occisor eo q̄ de amicis faceret oppugnatores ad hoc q̄ posset pugnare z occidere Si autem in actionibus politicis nō sit vacatio. patz. qz ꝑter ipsam conuersationē ciuilem vult homo adhuc aliquid acq̄rere. puta poteratus z honores. vel quia in hīs non est vltimus finis. vel qz est magis decens q̄ p ciuilē conuersationē aliquis velit acq̄rere felicitatē sibīpsi z ciuibus. ita q̄ talis felicitas (quā intendat aliquis acquirere per vitam politicam) sit altera ab ipsa vita politica. Sic em̄ per politicam vitam querimus eam quasi alteram. hec em̄ vita speculatiua (ad quaz tota vita politica videtur esse ordinata) dum p pacem queritur p ordinationem vite politice statuitur. z datur hominibus facultas ꝓtemplandi veritatē. Ex dictis sequitur q̄ in opationibꝫ virtutū moralium nō est perfecta felicitas. pz. qz inter oēs actiones virtutū moraliū politice z bellice excellunt alias tam pulchritudine quia maxime sunt honorabiles. q̄ etiam magnitudine. qz sunt circa maximum bonum quod est bonū cōe. Sed hmōi operatiōes non hꝫnt in se vacationē. sed aguntur ppter appetitum alteri⁹ finis. z non sunt eligibiles etiaz ppter seipsas. ergo in operationibus virtutum moralium non consistit perfecta felicitas. Sed operatio speculatiua intellectus differt a p̄missis operationibus fm̄ rōnem studij. quia homo vacat hmōi operationi propter seipsam. ita q̄ nullum aliuz finem propter seipsum appetat. Habet etiam huiusmodi operatio ppriam delectationem agentem ipsam

Quantum ad secundū

Dubitatur primo

Quare pbs dicit delectationes p̄prie esse admirabiles. Respondetur q̄ hoc propter inconsuetudinē taliū delectationū apud multitudinē hoim. q̄ in reb; naturalib; delectant. Dubitatur scōo. vtrum verū sit q̄ bonus in contēplatione veritatis non indigeat auxilio. Et videt q̄ nō. qz in octauo huius dictū ē. q̄ duo sil cōuiuētes z itel ligere z agere magis possunt. Rndetur q̄ nō vult pbus dicere q̄ contēplantē nulla iuuet societas. Sed vult dicere. q̄ licet sapiens ab alijs iuuetur. tm̄ inter omnes ipse sufficit ad operationē. Tamen (vt dr pbus) melius est sapienti hꝫre cooperatores. qz interduz vnus videt quod alteri licet sapientiori non occurrit.

Ad rōnes

Ante oppositū. Ad primā dicitur. q̄ similitudo ista intellectus practici ad deum est fm̄ ꝓportionabilitatem. quia se hꝫet ad suum cognitum. sicut deus ad suum. Sed assimilatio intellectus speculatiui est fm̄ vnionem vel informationē. que est multo melioz. Tamē dici potest. q̄ respectu principatis cogniti (quod est sua essentia) non hꝫbet deus practicā cognitionē. sed speculatiuā tm̄ Ad secōam dr. q̄ intellectus practicus ordinatur ad bonum quod est extra ipsum. sed speculatiuus hꝫbet bonū suuz in seipso. scz speculationem veritatis. Et si illud bonuz sit perfectum ex eo totus homo pficitur et fit bonus. qō quidem intellectus practicus non hꝫbet Ad terciam dicitur. q̄ ipsa procederet si homo esset met suus finis. tunc enim ordinatio z consideratio passionum z actuuz eius esset eius felicitas. Sz quia vltimus finis hominis est aliquod extrinsecum. scz deus. ad quem per operationem intellectus speculatiui attingimus. Ideo felicitas hominis magis consistit in operatione intellectus speculatiui q̄ practici.

Alis aūt vtiq; melioz vita fm̄ hominem non em̄ fm̄ q̄ homo est sic viuet. sed fm̄

q̄ diuinū aliquid in ipso existit. Quāto autem differt hoc a composito tanto⁊ operatio ab ea que ꝑm aliam virtutem. Si itaq; diuinum intellectus ad hominem. ⁊ que ꝑm hunc diuina vita ad humanam vitam

Queritur Undecimo. vtrū hominis vera felicitas cōsistat in visione diuine essentie. Arguitur ꝓmo q̄ nō. q⁊ ꝑm Dyonisiū per id quod est supremū intellect⁹ homo ꝓiungit deo sicut omnino ignoto. sed id quod videt ꝑ essentiā nō est omino ignotū. igit ⁊c. Scdo sic. altioris nature altior est pfectō sed intellectus ad videndū diuinā essentiam nō ꝓtingit. igit ⁊c. Tercio sic. vnūquodq; pficit ꝑm q̄ in actū reducit sed intellectus humanus reducit in actū ꝑ ꝓsideratōem creaturarum. igitur hominis felicitas non consistit in visione dei In oppositum arguitur. quia dicit textus. q̄ vacat speculationi veritatis felicissimus est. ergo qui vacat contemplationi veritatis supreme (que est deus) est simp̄l⁹ ⁊ vere felix Quantum ad primum.

Sciendum primo

Q̄ post⁊ pb̄s ostendit felicitatē ꝓsistere in opatione speculatiua. Hic ꝓ̄ter ostendit quomodo se h⁊ talis opatio ad hoiem dicens. q̄ vita vacās ꝓtemplationi est melior q̄ vita que est ꝑm hominē. que dr vita moralis Cuius causa est. quia homo ꝓpositus est ex anima ⁊ corpe habēs sensitiuā naturam ⁊ intellectiuam. ergo vita homini commensurata ꝓsistit in hoc q̄ homo ꝑm rōem ordinet actōnes ⁊ opationes sensitiuas ⁊ corporales. talis aūt est vita moralis. Sed vacare soli speculationi intellectus est ꝓ prium superiorum substātiarū. in quib⁹ inuenit sola natura intellectiua quam participant ꝑm intellectū. Ideo dr text⁹ q̄ homo viuēdo vacās ꝓtemplatōi nō viuit vt homo qui est ꝓpositus ex diuersis. sed viuit ꝑm q̄ aliq̄d diuinū in ipso existit. put ꝑm intellectum ꝑticipat diuinam silitudinem. Ex quo patz q̄ quantum differt intellectus in sua potestate ꝓsideratus a composito ex anima ⁊ corpore: tantū differt opatio speculatiua a morali que fit ꝑm virtutem moralem. que ꝓprie est ꝑm humanā naturā Ulterius seq̄tur. q̄ sicut intellectus ꝑ comparōem ad hominem quid diuinū est. ita vita speculatiua que est ꝑm intellectum comparat ad vitaz moralem. sicut diuina ad humanam. ⁊ sic vita speculatiua melior est morali

Sciendum scdo. q̄ a p̄dictis excludit pb̄s errorem q̄rundam suadentium q̄ hō debeat intendere ad sapiēduz humana. ⁊ mortalis ad sapiēdum mortalia. qui error fuit Symonidis poete. vt ptz in phemio metaphisice Sz pb̄s hoc dicit esse falsum. quia homo debet tēdere ad immortalitatem quantum potest. ⁊ totum suum posse facere ad hoc q̄ viuat ꝑm intellectum. qui est optimum eorū que sunt in homine. qui quidem intellectus est immortalis ⁊ diuinus. Et q̄uis sit puus mole. tamē quātitate ꝑfectionis ⁊ p̄ciositatis multum excedit omnia que sunt in homine. Q̄ aūt in virtute ⁊ potētia excellat oīa que sunt in homine patz. q⁊ per suas opationes superioribus coniūgitur ⁊ inferioribus ꝓficiatur. Et ideo quodammō oīa ꝓplectitur. Q̄ vero p̄ciositate excedat alia que sunt in homine ꝑz. q⁊ est immaterialis simplex ⁊ incorruptibilis.

Conclusio prima

Totus hō dicit̄ intellectus. Probat textus. q⁊ est principalius ⁊ melius in hoie. sed vnūquodq; videtur esse id qd̄ est potentissimū in eo. q⁊ oīa alia sint quasi instrumēta illius. igit totus hō p̄ dicit intellectus Ex quo ꝑz q̄ duz hō viuit ꝑm opationē intellectus viuit ꝑm vitam maxime sibi ꝓpriam. Patet ꝓsequēter q̄ isti incōuenienter suadent de isto errore q̄ homo nō debeat vacare speculationi intellectus. q⁊ inconueniens esset aliquez eligere viuere non ꝑm vitam ꝓpriam suiꝑsius. sed ꝑm vitam alicuius alterius. Patet ꝓ̄ter q̄ vita (que est ꝑm intellectuz) est delectabilissima homini. ⁊ maxime sibi ꝓpria. Probatur. q⁊ illud qd̄ est optimū in vnoquoq; est sibi maxime ꝓprium Sed quod est ꝓprium ⁊ optimū est delectabilissimuz. ḋa vnusquisq; delectat in bono sibi conuenienti. intellectus aūt est hmōi in hoie. cum hō sit maxime suus intellectus tanq̄ principalissimū. ergo vita (que est ꝑm intellectuz) est delectabilissima hoīm. Ex quib⁹ omnib⁹ finaliter patet q̄ felicissimus est ḋ vacat speculationi veritatis quātum hō in hac vita felix esse potest Et si obiciatur. q. dictum est q̄ vita (q̄ est ꝑm intellectū) nō est ꝑm hominē sed supra hominem. ergo male dr q̄ sit maxime ꝓpria homini. Rndetur q̄ talis vita non est ꝑm hominē quantuz ad naturaz ꝓpositam. sed est ꝓprissime ꝑm hominē quātum ad id qd̄ est p̄ncipalissimū in homine. qd̄ pfectissime repit̄ in substātijs sep̄atis. In hoie aūt imperfecte ⁊ q̄si ꝑticipative. sed tū illud paruū est maius hmōi alijs que in homine sunt Conclusio scda ⁊ responsiua. vltima ⁊ pfectissima homis felicitas in visione diuine essentie consistit. Probat conclusio. q⁊ homo non p̄t esse pfecte felix q̄ diu restat sibi aliquid ad desiderandū ⁊ querendū. sed homini semp restat aliquid tale querendū quousq; diuina essentiā videat. ergo ⁊c. Item vniuscuiusq; rei pfectio attendit ꝑm id qd̄ est ratō sui obiecti. sed obiectum intellectus est essentia rei. ergo intantū ꝑcedit pfectio intellectus inquantū cognoscit essentiā alicuius effectus. ꝑ quā non possit cognosci essentia cause. ⁊ tunc non dicitur intellectus attingere ad causam simp̄l⁹. Et per ꝓsequens cum homo cognoscat effectū vt sciat ipm habere cām remanet natural⁹ homini desiderium. vt sciat de causa ḋd est. Sed intellectus humanus cognoscens essentiam alicuius effectus non cognoscit de deo nisi an est. ergo ad huc remanet ei naturale desiderium inquirendi causam. et sic non est pfecte beatus. ergo ad felicitatem pfectam requiritur q̄ intellectus ꝓtingat ad ipsam eētiam ꝑme cause. Quantum ad secundū.

Dubitatur primo.

Vtrū vera ⁊ pfecta beatitudo homis possit consistere in ꝓsideratione scientiaz speculatiuaz. Et videt q̄ sic. ḋa felicitas est operatio hois ꝑm virtutē pfectam. Sed non sunt nisi tres virtutes speculatiue. s. sapientia sciētia ⁊ intellectus. q̄ omnes ꝓtinent ad considerationem speculatiuaz. ḡ. Item illud videt esse hois vltima pfectio qd̄ naturaliter ab omnib⁹ ꝓter seipm desideratur. sed talis est felicitas scientiaz speculatiuaz. igitur. Min⁹ patet. ḋa (vt dr primo metaphisice) oēs hoies natura scire desiderant. Et post pauca subdit. q̄ scientie speculatiue ꝓter seipsas ḡrunt. Rūr q̄ q̄uis ꝓsideratio sciaz speculatiua rum sit q̄dam ꝓsideratio vere et pfecte felicitatis. tū per

fecta felicitas in ꝓsideratione sciaꝝ speculatiuaꝝ ꝓsistẽre nõ ꝑt essentialr ꝑz. qz ipa nõ extendit se vltra ꝓncipia illius scie. qz in ꝓncipijs scie virtualr tota scia ꝓtinet. sed ꝓncipia sciaꝝ sunt p sensum accepta. vt patz ꝑmo metaphisice z scõdo posteriozꝝ. g̃ ꝓsideratio speculatiuaꝝ sciaꝝ nõ ꝑt extẽdi vltra cognitionẽ sensibiliũ. sed in cognitione sensibiliũ non ꝓsistit hois vltima felicitas. qz nihil pficit in inferiozi aliq̃ nisi fm q̃ in inferiozi est aliq̃ ꝓticipatio superioris. g̃ in ꝓsideratõe sciaꝝ speculatiuaꝝ vltima felicitas hois essentialr ꝓsistere nõ ꝑt sed sicut in formis sensibilib⁹ ꝓcipiaꝝ aliq̃ similitudo superiozꝝ subaꝝ. ita cõsideratio sciaꝝ speculatiuaꝝ est q̃daꝝ ꝓticipatio veret pfecte felicitatis. Hic cm̃ supponit q̃ duplex est felicitas. quedaꝝ est pfecta q̃ ad pfectam attingit felicitatis rõem q̃ in hac vita haberi nõ ꝑt. z de hac intelligit qđ nũc dictũ est. Alia est imꝑfecta q̃ nõ attingit ad rõem vere felicitatis. sed ꝓticipat quandã ꝓticulare similitudinem felicitatis. Et hec ꝑt haberi in hac vita z ꝓsistit in ꝓsideratione sciaꝝ speculatiuaꝝ. z ꝓ hoc soluit ꝑma obiectõ dubij Ad secundã dr q̃ naturaliter desiderat nõ solũ pfecta beatitudo sz etiã q̃liscunq̃ similitudo vel ꝓticipatio eius. Scõm dubiũ vtꝝ vera hoꝝis felicitas possit ꝓsistere in cognitõe substantiaꝝ separataꝝ. videtur q̃ sic. qz vltima pfectio rei est vt ꝓiũgat suo ꝓncipio. qz ex hoc circulus dr figura pfecta. sed ꝓncipiũ cognitionis humane est a substãtijs separatis ꝓ quas homines (vt dr scũs Dyonisius) illuminãrur. g̃ pfectio humani intellectus est in ꝓtemplatõe substantiaꝝ separataꝝ. Iterẽ vnaquecq̃ natura pfecta est q̃ cõiungit superiori nature sicut vltima perfectio corꝑis est vt cõiungat nature spũali. sed substãcie separate sunt ordine nature super intellectũ humanũ. g̃ vltima pfectio intellectus humani est vt ꝓiũgat ꝑ speculationẽ substãtijs separatis. Rñdetur q̃ licet aliq̃s felicitas imperfecta attendat in cõtemplatõe substãcie separate. etiã altior q̃ in ꝓsideratõe sciaꝝ speculatiuaꝝ. Tñ pfecta felicitas in illaꝝ contemplatione nõ cõsistit. qz pfecta hois felicitas consistit in eo qđ est ꝓ essentiã pfectio intellectus. sed perfectio vltima intellectus est verũ ꝓ essentiam qđ soli deo cõuenit. g̃ solius dei cõtemplatio facit hoiem pfecte felicẽ z non contemplatio substantiaꝝ separataꝝ. pducta. Ad primã rõnem dubij dr q̃ pfectio intellectus humani est ꝓ ꝓiunctionẽ ad deum q̃ est primũ ꝓncipiũ z creationis z illuminationis anime. Substãtia aũt separa illuminat tanq̃ minister. nõ suo ministerio iuuat hoiem vt ad felicitatem pueniat. nec est humane felicitatis obiectũ Ad scđam dr q̃ attingi superiozem naturam ab inferiori cõtingit dupliciter. Uno mõ fm quidditatez potentie ꝓticipantis z sic vltima perfectio hois erit in hoc q̃ attinget ad contemplandũ aliquid sicut sube separate contemplant. Alio mõ sicut obiectuz coniungit potentie z sic vltima perfectio cuiuslibet potẽtie est vt attingat illud in quo plene inuenitur ratio obiecti.

Ad rõnes Ante oppoñ q̃onis Ad ꝑmaz dicitur q̃ illud dictũ dñi Dyonisij intelligitur de cognitione illoꝝ q̃ sunt in via tendentes ad felicitatem perfectam que est in patria Ad secundã dicitur q̃ finis potest accipi dupliciter. Uno mõ quantũ ad rem illam que desideratur. z sic idez est finis superioris z inferioris nature. Alio modo q̃tum ad cõsecutionem vnius rei z sic diuersus est finis superioris z inferioris nature fm diuersam habitudinem ad talẽ rem Et sic altior est beatitudo fm essentiam intellectus ꝓprehendentis q̃s homines vel substantie separate videntis et non ꝓprehendẽtis. Ad terciaz dr q̃ ꝓsideratiõem creaturarũ reducit intellectus noster aliquo mõ in actuz nõ tũ in vltimũ z pfectissimũ actum.

Oportet autez nõ fm suadẽtes humana sapere hominez entem neq̃ mortalia mortalem sed in q̃tuz ꝓtingit ĩmortale facere. z omnia facere ad viuere fm optimum eorum que in ipso Si em̃ z mole parũ est potentia z preciosita/te. multum magis omnib⁹ superexcellit. videbitur aũt vtiq̃ et vnũquodq̃ esse. hoc siq̃dem principale z melius Incõuenies igit fiet vti/q̃ si nõ suipsius vitam eligat sed alicuius alterius. qđ et dictũ ꝑus ꝓgruet z nũc. ꝓprium em̃ vnicuiq̃ natura optimuz z delectabilissimũ est vnicuiq̃ z homini vtiq̃ q̃ fm intellectũ vita. si q̃dez maxime vtiq̃ hic homo. iste ergo felicissim⁹. Secũdo aũt qui fm aliã virtutem fm ipsam esse operatões humane Justa z fortia et alia q̃ fm virtutes ad inuicez agimus in ꝓmunicationib⁹ z necessitatib⁹ et actionibus omnimodis et in passionib⁹ quod decet vnicuiq̃ ꝓseruantes. hec aũt esse videntur omnia humana. q̃dam aũt z accidere a corꝑore videntur z multuz coappropriari passionib⁹ moris virtus. Coniugata est em̃ z prudentia moris virtuti. et hec prudẽtie si quidem prudentie q̃dem ꝓncipia. fm morales autẽ virtutes. rectũ aũt moraliũ fm prudentiam. Concopulate autem hec et passionibus circa composituz vtiq̃ erunt composite autẽ virtutes humane z vita vtiq̃ que fm has et felicitas. que autem intellectus separata. tantum em̃ de ipsa dictum est certius em̃ dicere maius ꝓpositio est Uidebit̃ autem vtiq̃ et excellentiori largitione in paruuz vel in minus indigere morali. Necessarijs q̃dem em̃ ambobus opus fit ex equali. z si magis laborat circa corꝑ⁹ politic⁹ et q̃cuiq̃ talia. paruũ vtiq̃ q̃dẽ differt. ad opatiões aũt

multū differt. liberali q̄dem em̄ opus erit pecu
nijs ad agere liberalia. z iusto vtiq; ad redditi/
ones. volūtates em̄ immanifeste. similāt em̄ z
nō iusti iuste agere velle. forti aūt potētia si q̄/
dem pficit aliq̄d eorū q̄ fm virtutez z tēperato
potestate. q̄liter em̄ erit manifestus vel iste vel
alioz aliq̄s. Querit aūt q̄dem vtrū p̄ncipalis
virtutis electio vel actiones vt in ambob⁹ exi/
stentes. pfectū vtiq; manifestuz qđ in amba⁹
vtiq; erit. ad actōes autē multis opus est z q̄/
to vtiq; maiores sunt z meliores pluri⁹ Spe
culantia nullo taliū ad operatōnem necessitas
sed vt dicere z impedimēta sunt ad speculatio
nem fm autē q̄ hō est z plur⁹ ꝓuinit. eligitq;
fm virtutē agere opus. habebit igit talib⁹ ad
humaniter ꝓuersari. Perfecta aūt felicitas q̄m
speculatiua q̄dam est operatio. z huic vtiq; ap
parebit deos em̄ maxime suspicati sum⁹. bea/
tos z felices esse actiones aūt q̄les attribuere
debitū ipsis. vtruz iustas vel ridiculi appare/
būt ꝓmutātes z depositiōes dantes. z q̄cunq;
alia talia. Sed fortes sustinentes terribilia. z
periclitātes. q̄m bonū. vel liberales cui autem
dabūtur. Incōueniens autē z si erit ipsis nū/
misma vel aliq̄d tale. Si aūt tpati q̄dem vtiq;
erūt vel onerosa laus q̄m nō habent prauas cō
cupiscentias. ptranseūtib⁹ aūt z oia apparebūt
vtiq; q̄ circa actiōes parua z indigna dijs. sed
tū viuere oēs suspicati sunt ipsos z operari. er
go nō em̄ oportz dormire quēadmodum eudy
miona viuenti vtiq; ab agere ablato. Adhuc
aūt magis a facere qđ relinq̄tur p̄ter specula
tionē. quare dei operatio beatitudine differēs
speculatiua vtiq; erit z humanarū vtiq; q̄ huic
cognatissima felicissima. Signū aūt z nō par
ticipare reliqua aialia felicitate tali opatiōe p̄
uata pfecte dijs. q̄dē em̄ oīs vita beata. hoīb⁹
aūt inq̄ntum silitudo q̄dam opatiōis alis exi/
stit. alioꝝ aūt aialiū nulluz felix est. q̄z nequaq̄
cōicat speculatōe. Inq̄ntum vtiq; ptendit spe
culatio z felicitas z q̄b⁹ magis exīstit speculari
et felices esse nō fm accns. sz fm speculatiōem
hec em̄ fm seipsaz bonorabilis. quare erit vti/
qz felicitas speculatio q̄dam

Queritur duodecima

Vtrū felicitas speculatiua sit potior actiua. Arguit
p̄mo q̄ non. q̄z felicitas est premium virtutis. sed p ope/
ribus virtutum omnib⁹ equale dibitur premiū. ergo ꝛc.
Minor patz Mathei. xx. q̄z oēs operarij in vinea accepe
runt singulos denarios. Dicit Gregorius equalē vicez
in retributione sortiti sunt. igit. Secundo sic. felicitas
est summū bonū. sed summo bono non potest esse maius
igitur. Tercio sic. cū felicitas sit pfectū z p se subsistēs
bonū desiderium hominis quietat. sed nō quietatur ho/
minis desideriū si aliquod bonū desit quod suppleri pos/
sit. si autē nihil deest quod suppleri possit non potest esse
aliquod aliud maius bonum. ergo vel homo non est felix
vel si felix est nō p̄t alia felicitas esse maior.

In oppositum est p̄bus qui post̄ ostendit perfectaz
et principalem felicitatem esse fm intellectus speculatio/
nem. ꝯsequenter determinat de quadaz alia felicitate se/
cūdaria. que ꝯsistit in operatōe moraliū virtutum. Et p̄
mo ꝓponit intentū dicens. q̄ cū ille (qui vacat speculati/
oni intellectus) sit felicissimus. secūdario ille est felix q̄ vi/
uit fm aliam virtutem. scilz fm prudentiam. que dirigit
omnes virtutes morales.

Notandū secūdo q̄ sicut felicitas pfecta attribuit sa/
pientie que ꝓtinet in se alios habitus speculatiuos
tanq̄ p̄ncipalioz existens. ita etiā felicitas actiua q̄ est fm
opatōes virtutū moraliū attribuit prudētie q̄ est pfectis/
sima omniū moraliū virtutū. Tūc sit.

Conclusio prima

Et responsiua. felicitas speculatiua maioz est et potioz
actiua. Probat philosophus quatuor rōnib⁹ Prima est
quia quod est separatum z diuinuz potius est eo qđ est
compositum z humanum. sed felicitas est vita specula/
tiua que est propria intellectus z substātie separatiue Di
uina autem vita et felicitas q̄ est fm prudentiaz z mora
lem virtutez (que actiua dicitur) est humana. ergo felici
tas speculatiua maioz est actiua que in hac vita consistit
Minor probatur. quia felicitas actiua est circa operati
ones humanas. igitur est humana. Antecedens patet.
quia talis primo est circa res exterioꝛes que in vsum ho/
minis veniunt. sicut opera iustitie fortitudinis z aliarum
virtutum (que ad inuicem agimus) consistunt in com/
municationibus prout fm iusticiam homines ad inui/
cem sua bona communicant. Est etiam hec vita actiua
in necessitatibus prout vnus homo alteri subuenit in sua
necessitate. Existit etiam eadem vita in quibuscunq; ac
tionibus et passionibus humanis circa quas secūdum
virtutes morales cōseruatur z quodammodo conue/
nit vnicuiq;. Omnia autez que predicta sunt videnꝫ esse

quedam humana. Item quedam ptinentia ad virtutes videnť ptinere ad corpis et anime passiones. q̄bus fm quasdam affinitates appropriantur. naz multe virtutes morales sunt circa passiones. Ex quo patet q̄ virtus moralis. vita vel felicitas actiua est circa humana inquantū sunt circa exteriora. z circa bona corpis z circa aīme passiones. morali aūt virtuti coniungitur prudentia intellectualis fm quandam affinitatem z econuerso. quia principia prudentie accipiuntur fm virtutes morales quarū fines sunt principia prudentie. Rectitudo aūt virtutum moralium accipitur fm prudentiam. sz virtutes morales z prudentia simul copulantur cum passionibus que sunt cōes toti cōiuncto ex anima et corpe cum ptineant ad ptem sensitiuam. z ideo tam virtus moralis q̄ prudentia sunt circa totuz compositū. sed virtutes morales sunt humane. inquantū hō est compositus ex aīma z corpe. q̄ vita actiua (que est fm virtutes morales z prudētiā) dr humana. de vita aūt z felicitate speculatiua se excusat phūs dicens. q̄ ad pñs sufficit tantum dicere de ipa. qa per certitudinem explicare est maius q̄ ad psens pertineat propositū Secunda ratio speculatiua vita z felicitas videnť parū vel saltem minus q̄ moralis indigere q̄ homini largiantur bona exteriora. ergo felicitas speculatiua potior est actiua. vnde ambabus est necessarium habere necessaria vite. puta. cibum. potum. z alia huiusmodi. Et q̄uis circa corpus magis laboret actiuus. qz exteriores actiones p corpus aguntur. tamen quantum ad hoc non est magna differētia qm̄ vterq̄ indigeat eq̄liter necessarijs sed quantuz ad opationem virtutis magna est differentia. qa virtuosus multis indiget ad suas opationes. sicut liberalis pecunijs ad agendū liberaliter iustus vt reddat quod debet Et si obijciatur q̄ actus liberalitatis est etiam velle dare et actus iusticie velle reddere. sed illa possunt esse sine pecunijs igitur. Respondz textus q̄ voluntates hominum non sunt manifeste sine operationib exteriorib. nam multi non iusti se simulāt iuste velle. et hoc manifestum est si de aliquo q̄ sit fortis requirit aliquod extrinsecū nisi em facultas assit operandi nō est fortis. neq̄ alius virtuosus potest esse manifest⁹. ideo vt dicit textus. potest queri vtrum actiones exteriores vel electio interior in virtute morali. tamen ad omnimodam pfectionem virtutis moralis non solum requiritur electio. sed etiam opatio exterior ad quā hō indigz multis. z tanto pluribz quāto maiores sunt operationes et meliores. Sed vacans speculationi nullo talium indiget ad suam pfectionem. immo potest esse q̄ bona exteriora impediant hominē a speculatione. propter sollicitudinem que ex eis ingerit homini. distrahens animū hominis ne totaliter possit speculationi vacare. sed si speculās indigeat bonis exterioribus. hoc erit inquantum est homo indigens bonis necessarijs z inquantū conuiuit multis hominib quod interdum oportet vacare. z inquantum contēplatiuus eligit viuere fm virtutē moralem. et sic indigebit talib ad hoc vt humaniter conuersetur.

Tercia ratio inter opationes humanas ille (q̄ est similior diuine speculationi) est felicior. sed vita cōtemplatiua vl speculatiua est hmōi. igit est potior actiua. Maior pz quia dijs. i. substātijs separatis conuenit maxime esse felices. igit. Minor pbat. qz dijs non attribuuntur actiones virtutū moraliū. nam derisoriuz erit eis attribuere actus iusticie. puta q̄ facerent cōmutationes. vel q̄ sua bona apud alios deponant. Nec potest eis attribui actus virtutis fortitudinis. scz sustinere mala. propter bona. nec liberalitas. vanū em̄ eēt eos dicere vti pecunijs. si āt q̄s eis attribuit tpantiā huiⁿ laus erit magis ostēsa deo cū gratia. qz non est laudabile deo q̄ non habet prauas concupiscentias. nam non est natus eas habere. Et sic patz q̄ actiones moraliū virtutum sunt indigentes medijs. sed tñ nō omnes opinātur q̄ viuant. z p̄ consequens non conuenit eis q̄ operanť sicut dormiētes. quemadmodū dr de quodam pho qui diu vixit dormiens. si aūt a vita diuina auferatur actio virtutū moraliū z prudentie z etiā actio artis. sequit̄ q̄ deo solum relinquit̄ semper actio speculationis. et sic operatio dei (que excellit multitudinem) est speculatiua. z per speculationem sapientie sue omnia fecit. Ex quibus patet q̄ vita contemplatiua est similior diuine vite. Quarta ratio. animalia bruta carentia felicitate sunt omnia priuata contemplatione sapientie. qz non habent intellectū quo nos speculamur veritatem. et hec alia participant operationes virtutuz moraliū. sicut in leone actus fortitudinis est liberalitas. z in cyconia actus pietatis ad parentes. ergo signuz est q̄ felicitas sit quedam speculatio. Assumptum illius rōnis patet. qz in dijs. id est in substātijs separatis (quarū tota vita est beata eo q̄ habent solam vitam intellectualem) hoies autē in tantuz sunt beati inq̄tum in eis existit quedam similitudo talis operationis. scz speculationis. nullū aūt aliorum aialiuz cōmunicat speculatōem. ergo nullū tale est felix. Et sic pz q̄ q̄tum se extendit speculatio tantū se extendit felicitas. et quib magis conuenit speculari. magis cōpetit esse felices. non fm accns. sed p se fm speculationem que est fm se honorabilis

Secūda conclusio. licet ex parte ipsius boni (qđ est beatitudinis obiectū z causa) vna felicitas nō est maior alia. tñ ex parte adeptōis vel fruitōis illius boni vna beatitudo est maior alia. Prima pars pz. qz nō est nisi vnū bonū scz deus. cuius fruitioe hoies fiūt beati. igit. Secūda pars pz. qz q̄to magis aliquis hoc bono fruit tanto beatior est si ptingit que perfectius frui deo q̄ alterum. eo q̄ est melius dispositus vel ordinatus ad suam fruitionez. igit ꝛc. Quātum ad secūdum

Dubitatur primo

Vtrum homo possit fieri beatus per actionem alicuius creature. Et videtur q̄ sic. quia quod est potentia potest fieri beatum per substantiam superiorem que est actu beata Item beatitudo consistit in operatione intellectus. sed substantia separata potest illuminare intellectum hominis. ergo potest hominem facere beatum Ad dubium respōdetur q̄ impossibile est q̄ p actionē alicuius creature conferatur beatitudo. loquendo de felicitate perfecta. patet. quia quod excedit naturam creatam non potest fieri per virtutem alicuius creature. sicut suscitatio mortui. et illuminatio ceci. sed beatitudo est bonum quoddā excedens creatam naturam. igitur ꝛc. Si autem loquamur de felicitate imperfecta. sic eadem est ratio de ipsa z de virtute in cuius actu ipsa consistit Ad primam rationem dubij dicitur q̄ quando aliqua forma est in aliquo fm esse perfectum z naturale. tunc potest esse principium actiōis in alterum. sed si forma existit in aliquo imperfecte et in esse debili non potest esse principium communicationis sui in alterum. sicut patet de intentione colozis in pupilla. Lumen autem glozie (sub quo deus vi-

detur esse in deo pfecte ⁊ fm eē naturale. In oī aūt creatura est impfecte ⁊ fm esse ⁊ similitudinariū vel ꝑticipatū. ⁊ iō nulla creatura brā ꝑt cōicare suā btūdinē alteri

Ad scdam dr q angelus btūs illumiat intellectū hominis vel etiā angeli sub eo exītis q̄tū ad aliqs rōnes diuinoꝝ opeꝝ non aūt quantū ad visionē diuine essentie Ad eā em videndā oēs illuminant a deo. Scdm dubiū. vtrū oēs appetant felicitatē. ⁊ videt q nō qr null⁹ appetit qđ ignorat. sed multi sunt q̄ nesciunt qđ sit btitudo. qr qdam posuerūt eā in voluptate corꝑis. quidam in ꝓtute aie. Jrē essentia felicitatis est visio diuine essentie sed aliqui opinant impossibile esse deuz posse videri per essentiā ab hoie. ⁊ sic nō apperūt hoc igit. Responderur q btitudo ꝑt dupliciter considerari. Uno mō fm rōnem btitudinis cōem. et sic oēs eam appetunt. Ratio aūt cōis btitudinis est vt sit bonū pfectū. Sed perfectum bonum alicuius est quod totaliter voluntati ei⁹ satisfacit. ⁊ iō appetere btitudinē nihil aliud est q̄ appetere vt voluntas satiet quod oēs volūt. Alio mō possumus loqui de btitudine fm specialē rōem eius. ⁊ sic nō oēs appetunt ipsam btitudinē qui non sciunt cui rei cōueniat rō cōmunis btitudinis. Et per hoc soluit̄ primā rō dubij Ad secundam dicit̄ q cum voluntas sequat apprehensionē rōnis. sicut aliquid idem fm rem qđ tamē est diuersum fm considerationē rōnis. ita aliqđ est idem fm rem. ⁊ tamē vno mō appetit̄ ⁊ alio mō nō Beatitudo igit̄ potest considerari sub rōne finalis boni ⁊ perfecti que est cōis rō btitudinis. ⁊ sic naturaliꝫ ⁊ ex necessitate voluntas in ipsam tendit. Potest etiam considerari fm alias speciales considerationes vel ex ꝑte potentie operantis vel ex parte obiecti. ⁊ sic non ex necessitate voluntas tendit in ipsam

Ad rōnes aī oppositū. Ad primā dr q vnitas denarij significat vnitatē btitudinis ex ꝑte obiecti. sed diuersitas mansionuz ꝓcat diuersitatē beatitudis. sed diuersitatē beatitudinis fm diuersum gradū fruitionis Ad scdam dr q felicitas dr eē summū bonū inq̄ntū est summi boni pfecta possessio siue fruitio. Ad terciā dr q nullo btō deest aliqđ bonū desiderandū cū ipm habeat infinitū. qđ est bonum oīs boni. sed dr aliqs beatior alio ex diuersa eiusdez boni ꝑticipatōe. Additio aūt aliorꝝ bonoꝝ nō auget beatitudinē. ideo dr Augustinus qui te ⁊ alia nouit nō ꝓpter illa beatior. sed ꝓpter se tm beatus.

Opus aūt erit ⁊ ex exteriori ꝓsperitate hōi
enti. non enim per se sufficiens natura ad specular. Sed oportet ⁊ corpus sanum esse. ⁊ cibum ⁊ reliquum famulatū existere. Non tamē existimandum multis ⁊ magnis indigere futurum felicem si non ꝓtingit sine exterioribꝫ bonis beatū esse. non enim in superbabundantia per se sufficiens. neq̄ iudicium neq̄ actio possibile autem ⁊ non principes terre ⁊ maris agere bona etenim a moderatis poterit vtiq̄ aliquis agere fm virtutem. boc autem est videre manifeste. ydiote em̄ potentiby non minus videntur studiosa agere. sed et magis sufficiēs autem tanta existere. erit em̄ vita felix fm virtutem operantis. Et solon aūt felices forte enunciauit. benedicēs moderate bis que extra dictatos agentes autez optima existimabat. ⁊ viuentes temperate. contingit enim moderata possibilitates agere que optet. Videt autem et anaxagoras nō diuitem neq̄ potentem existimare felicem dicens. quoniā non vtiq̄ admirabitur si quis incōueniens appareat multis. Isti em̄ iudicant bis que extra hoc sentientes solum. Consonare itaq̄ rōniby videnť sapientum opiniones. fidem quidem igit̄ opiniones ⁊ talia habent q̄dam. verū autem in operabiliby ex operiby ⁊ vita iudicatur. in bis em̄ dominans. Intendere aūt predicta oportet ad opera et vitam inferentes. et consonantiby q̄dem operibus acceptandum dissonantiby autem sermones suspicandum

Queritur decimotercio

Utrū corꝑ⁹ req̄rat ad felicitatē. Arguit̄ ꝓmo q non qr corꝑ⁹ est q̄dā corꝑale. sed felicitas non ꝓsistit in corꝑalibꝫ bonis. vt in ꝓmo ostēsum est Scdo sic. felicitas hois ꝓsistit in visione diuine essentie. sed ad istā operationē corꝑ⁹ nihil ꝓfert. igit̄ Tercio sic. q̄to intellect⁹ est magis abstract⁹ a corꝑore. tāto pfectius intelligit. sed felicitas ꝓsistit in pfectissima operatōe intellectus. igit̄ ⁊c

In oppositū est ꝓphs. qui postq̄ ostēdit q̄d sit felicitas ꝓsequēter ostendit qūo se habeat ad exteriora. Et ꝓmo ostendit qūo felix se habeat ad inferiora bona. Secundo quomodo ad deū. de quo in sequēti q̄stione. de ꝓmo autē in ꝓsenti Notādū secūdo. q duplex est felicitas impfecta quā hō ꝑ sua naturalia ꝓsequi ꝑt q̄lis in hac vita haberi ꝑt. Alia est pfecta. et ad hāc dixerūt q̄daz naturalem dispositōem corꝑis requiri. imo fm eos requiritur vt omnino aīa a corꝑore sit separata. Un̄ dicit Porphiri⁹ q ad hoc q beata sit aīa omnino corpus fugiendum est sed hoc est incōueniens. quia naturale est anime corꝑi vniri. ergo pfectio aīe nō excludit naturales perfectiones corꝑis. Jdeo ponitur.

Conclusio prima

Et respōsiua. tam ad felicitatē impfectāq̄ etiā pfectam requirit̄ bona corꝑis dispositio ⁊ antecedenter ⁊ ꝓsequenter. Prima pars patet. qr talis fm phm consistit in operatione fm ꝓtutem pfectā. sed ꝑ inualiditatem homo

impediri potest in omni operatiõe virtutis. ideo ōr phs q̄ hominī ad speculandū necesse est habere sanū corpus q̄ p infirmitatē corporis debilitanť vires sensitiue quib⁹ hõ vtit in speculando. ⁊ etiã distrahit intentio mentis ab actiõe speculatõis. Secũda pars pz. qz ſm Augustinū corpus iam nõ erit aiale sed spũale ⁊ angelis adequabit et erit ad gloriã qõ sarcine fuit. g̃ antecedenter ad felicitatem oib⁹ modis pfectã requirit bona dispositio corpis. Sed q̄ req̄ratur pſequẽter pz. qz p beatitudinẽ aie fit reddūdantia ad corpus vt ipm sua pfectiõe potiat.

Conclusio secũda. licet felix felicitate psentis vite indigeat exterioribus bonis. nõ tñ indiget magnis. Primaz partẽ pbat. qz felix cũ sit hõ habet opus exterioꝛ psperitate. requiritur etiam corpus. ideo ōr phs q̄ humana natura non est p se sufficiens ad speculari. indiget etiam hõ felix cibo ad nutritionem corpis. indiget insup reliquo famulatu. vt scz ministrent oia alia que sunt homini necessaria ad vitã humanã. Secũdã partẽ declarat Aristoteles. qz ad felicitatẽ requirit q̄ homo sit p se sufficiẽs sed hoc nõ pſistit in suphabũdantia diuitiarũ. nam paucis indiget natura. igit. Minorẽ probat phs. qz suphabũdantia facit minus sufficiens. nam hõ indiget multoꝛ auxilio ad custodiendas ⁊ gubernãdas suphabũdãtias diuitiarũ. Similiter rectitudo iudicij tam rõnis speculatiue q̄ practice ⁊ exterioꝛ actio virtuosa p̄t esse absq̄ superhabũdantia diuitiaruz. qz vt dicit textus possibile est homines non existẽtes principes maris ⁊ terre quasi in diuitijs nõ suphabũdantes bene operari. si eñ aliq̄s moderate habeat de bonis exterioribus. poterit opari ſm virtutem. qõd patz experimento. qz hoies idiote popularem et priuatã vitã habentes agunt virtuosa non minus q̄ potentes. sed etiam magis. quia potentes impediuntur a multis virtuosis actibus. tum ꝓpter nimias occupationes ⁊ sollicitudines. tum etiam ꝓpter superbiam quam superhabũdantia diuitiarum adducit Ex dictis patet q̄ ad felicitatem sufficit hominẽ tantũ habere de exterioribus bonis q̄ possit virtuosa agere. qz si aliquis operetur ſm virtutem vita eius erit felix. cum felicitas in operatione virtutis consistat. Deinde pfirmat phs quod dictuz ẽ per dictum sapientum. Primo per dictum salomonis qui illos enũciauit felices qui moderate sunt diuitati quantum ad exteriora bona. quia tales maxime reperiũtur operari bona ⁊ viuere temperate. nam aliqui moderatas diuitias possidentes possunt agere qõd oportet. a quo impediũtur tam superhabũdantes in diuitijs ꝓpter nimiam sollicitudinẽ q̄ etiam deficientes in talib⁹ quos oportet nimis sollicitare circa victuz querendum Deficit etiam in pluribus opportunitas benefaciendi. Idez etiã probat testimonio anaxagore cui videbat q̄ nec⁹ diues nec⁹ potens p̄t esse felix. nec mirabatur si hoc videbatur incõuenies multis. qz multitudo hominũ iudicat ſm exteriora bona que sola cognoscit et bona rõnis ignorat que sunt vera bona hominis ſm q̄ aliquis est felix Et istis dictis sapientũ ostendit phs in hac materia eẽ acquiescendũ ꝓcludens q̄ opiniones sapientuz ꝓsonãt rationibus. ideo habent quãdam fidem. sed in operabilibus iudicatur magis verum circa dictũ alicuius ex operibus ⁊ modo viuendi ipsius q̄ ex ratiõe. qz dominans et principari circa operabilia consistit in istis operibus ⁊ modo viuendi. non eñ circa ipsa talia principatur cognitio. sed opus. Et ideo que dicta sunt oportet considerare per comparationem ad opera et vitam sapientuz ⁊ eaquib⁹ opera sapientum ꝓsonãt sunt acceptanda. scilz q̄ suphabundantes diuitijs non requirũtur ad felicitatez quas diuitias sapientes non querunt. Si vero dissonãt opera suspicandum est q̄ sint soli sermones veritatez nõ habentes. sicut patet de sententia stoycorum dicentiũ exteriora bona nullum bonum hominis esse. cuius ꝓtrariũ patet in operib⁹ eoz. qz appetunt ea ⁊ querunt tanquam bona. Quãtum ad secũdum.

Dubitatur primo

Utrũ ad felicitatẽ (que pſistit in visione dei) requirãtur etiam bona exteriora. Et videť q̄ sic. qz ſm Boetiũ felicitas est omniũ bonoꝛ status. sed exteriora sunt aliq̄ hois bona. g̃. Itẽ dñs Mathi q̃nto ōr. Merces vestra magna est in celis. sed esse in celis significat esse in loco. g̃ saltẽ locus exterioꝛ req̄ritur ad beatitudinẽ pfectam. Item q̄ in p̄mium sanctis ꝓmittũtur ad felicitatem perfectam p̄tinent. sed sanctis ꝓmittũtur in scripturis bona exteriora. vt cibus potus. diuitie. ⁊ regnũ. g̃. Respondeť q̄ licet ad felicitatem impfectam req̄rantur bona exteriora. non tñ quasi de essentia. sed tanquaz instrumenta deseruientia Tamen ad pfectam beatitudinem non requirũtur talia Patet qz omnia talia req̄runtur ad sustentationem corpis hois vel ad aliquas operationes quas p animale corpus exercemus que humane vite conueniũt. sed felicitas pfecta vel erit in aia sine corpe vel in aia induta corpe iam nõ aiali sed spũali. g̃ exteriora bona nullo modo req̄runtur ad felicitatem pfectam. Ad p̄mã rõnez dubij dicit q̄ ista bona deseruientia vite humane nõ pertinũt vite spũali. in qua beatitudo pſistit. tñ in illa beatitudine erit omniũ bonoꝛ aggregatio. qz quicq̃d boni inuenitur in istis totũ inuenit in summo fonte bonoꝛ. Ad secũdam ōr q̄ merces scr̃oꝛ. nõ ōr esse magna in corporeis celis. sed p celos intelligit altitudo spũaliuz bonoꝛũ. nihilominus tñ locum scz celũ empirreum habebũt beati nõ ꝓpter necessitatem beatitudinis. sed ſm quãdam conuenientiam ⁊ decorem Ad terciã ōr q̄ omnes ꝓmissiones que in sacra scriptura ꝓmittũtur sunt metaphorice intelligende ſm q̄ in scripturis spũalia per corporalia solent intelligi et significari. vt ex notis ad desiderandum ignota consurgamus. et p diuitias sufficientia. p regnum exaltatio hois vsq̄ ad cognitõem cũ deo.

Dubitatur secũdo. vtrum amici sint necessarij ad beatitudinem. videtur q̄ sic. quia futura beatitudo sepe in scripturis nomine glorie designatur. sed gloria hominis consistit in hoc q̄ bonum hominis ad multoꝛum notitiã deducitur. ergo ad beatitudinem perfectaz requiritur societas amicoꝛum. Item ſm boetium nullius rei sine cõsortio iocunda est possessio. sed ad beatitudinem requiritur delectatio. ergo ⁊c. Item charitas in beatitudine p̄ficietur. sed charitas extendit se ad delectationem dei et proximi. ergo ⁊c. Respõdetur q̄ in felicitate presentis vite felix indiget amicis. vt patuit nono huius. non ꝓpter felicitatem cum sit per se sufficiens. nec⁹ propter delectationem. quia habet in seipso delectationem perfectã in operatione virtutis. sed ꝓpter operationem bonam vt scz eis benefaciat. et vt eos inspiciens benefacere delectetur. et vt etiam ab eis in benefaciendo iuuetur. Tamẽ in perfecta beatitudine (que erit in patria) non requiritur de necessitate societas amicoꝛ. qz homo totam plenitudinem sue beatitudinis habet in deo. Sed tamen

ad bene esse beatitudis bñ facit societas amicoꝝ. Ad primā rōnem dubij ōr q gl'a essentialis beatitudinis est illa quā hō non apud homines.sed apud deum querit

Ad scām ōr q verbū illud verū est qñ in illo bono (quod habet) nō habet plena sufficiētia qō in ꝓposito dici nō ꝑt.qz hō habet in deo sufficientiā omis boni. Ad terciaz ōr q pfectio caritatis est essentialis beatitudini q̄tum ad dilectionē dei.nō aūt q̄tum ad dilectionē proxi/mi. Uñ si esset vna sola aīa fruens deo adhuc esset beata non habens proximū quem diligeret.sed supposito proxi mo sequitur dilectio eius ex perfecta dilectione dei. ideo quasi concomitanter se habet amor proximi ad beatitu/dinem perfectam

Ad rationes Añ oppositū Ad ꝑmā dicitur.q in corporali bo/no non cōsistit beatitudo sicut obiecto beatitudinis. sed tamen corporale bonum potest facere ad decorem beati tudinis vel eius perfectionem. Ad secundam dicitur q z si corpus nihil conferat ad illam operationem intel/lectus qua dei essentia videtur.tamen posset ab hac im/pediri.et ideo requiritur perfectio corporis vt non impe diat eleuationem mentis. Ad terciam dicitur q ad perfectam operationem intellectus requiritur abstrac/tio ab hoc corruptibili corpore quod aggrauat animam non autem a corpore spirituali. quod erit totaliter spiri/tui subiectum

Scōm intellectum aūt opans z hunc cu/rās z dispositus optime z dei amātissimus vi debit esse. Si em q̄dā cura humanoꝝ a dijs sit quēadmodū videt.z erit vtiq; rōnabile bene z gaudere ipsos optimo conatissimo. hoc āt vti q; erit intellectus z diligentes maxime hoc z honorantes beneficare vt de amicis ipis curā tibus z recte z bñ opantes. Qm̄ aūt hec oīa sapiēti maxime existunt nō imanifestum. deo amantissimus ergo eundē. igit verisile z felicis simū q̄re.z sic erit sapiens maxime felix

Queritur decimoquarto vtruz homo pos/sit consequi felicitatem

Arguitur primo q non. quia sicut natura rationalis est supra sensibilem.ita intellectus supra rationalem Sz bruta habentia sensibilem naturam tantum nō possunt peruenire ad finez rationalis nature. ergo nec homo qui est natura rationalis potest peruenire ad finez nature in tellectual' que est felicitas Secundo. vera felitas con sistit in visione dei qui est veritas pura. sed connaturale est homini veritatem intueri in rebus materialibus. ido per species intelligibiles in fantasmatibus intelligit. vt dicitur tercio de anima.ergo homo consequi non potest felicitatem que consistit in adeptione summi boni. sed aliquis non potest peruenire ad summum bonuz nisi trā scendat media.inter deum autem z hominem mediant substantie separate quas homo transcendere non potest ergo hō non potest felicitatem adipisci. In oppositum est phs qui postq̄ ostendit q̄liter se habeat felix ad bona inferiora.ꝓsequēter ostēdit qño se habeat ad bona supio ra.scz ad deū.dicēs q felix felicitate speculatiua videt esse optime dispositus z deo amantissimus. Cuius cā est.qz ipse opatur sm intellectū ꝓtemplādo veritatē z curā suā apponit bonis intellectis. z sic excellit in eo qō est opti/mū hois.ideo est optimus z deo amantissimus

Notādū secūdo p modū suppōnis.qz deus hz curā z puidentiā de oīb rebus humanis.rōnabile est tunc q de lectet circa hoies de hoc qō est optimū in eis. z quod est cognatissimū hoc est similimū deo.z hoc est intellect⁹. vt patz ex dictis. Ex quo infert phs q rōnabile est deū be/nefacere istis q̄ amant intellectū z ipm honorant.bonuz intellectus oīb ꝓferentes quasi veri dij curent de ipsis q̄ sunt eis amici. Rōnabile est etiā q beneficia ꝓferant his q̄ bene z recte operantur. Tunc sit

Conclusio prima

Sapiens est deo amantissimus z maxime felix. Probat qz oia p̄dicta ꝓueniūt sapiēti.nā sapiens diligit z hono/rat maxime intellectum.sed intellectus maxime amat a deo inter res humanas.sapiens etiā bene recte opat.q̄ est deo amantissim⁹. Sed q sit felicissim⁹ pz.qz ille est felici/simus qui est deo amantissimus.sed felicitas hominis ōr esse p hoc q ipse maxime amatur a deo.ergo sapiēs est felicissimus. Ex quo pz q vltimā felicitatē ponit phs in operatione sapiētie.de qua in sexto determinat. z nō in ꝓparatione ad intellectum agentem.vt quidam fingūt Patet etiam q in hac vita nō ponit pfectam felicitatem sed talem qualis potest ꝓpetere humane z mortali vite. ideo supra in ꝑmo ōr.beatos autem vt hoies

Conclusio secūda z responsiua.homo potest felicita/tem ꝓsequi. Patet.quia felicitas nominat adeptionez p fecti boni.ergo quicūq; est capax pfecti boni potest ad felicitatem puenire.sed homo est hmōi. Minor patz.quia intellectus hominis potest apprehendere vniuersale z p fectum bonū.et eius volūtas potest illud bonū appetere Item homo est capax visionis diuine essentie.sed in hu/iusmodi bono perfecta beatitudo ꝓsistit.igitur z̄c. Quā tum ad secundum

Dubitatur primo

Utrum in ista vita possit haberi perfecta felicitas. Uide tur q sic.quia dicitur in psalmo. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini.sed hoc in ista vita contin/git.igitur z̄c Item hoies possunt in ista vita cognosce re summū bonuz.z cognoscendo amare.ergo possunt in hac vita esse beati perfecte Item quod a pluribꝫ dicitur non potest totaliter esse falsum.sed plures ponūt felicita tem in hac vita. Respondetur q licet aliqlis parricī/patio perfecte felicitatis possit in ista vita haberi.Tamē perfecta et vera felicitas nō potest haberi in hac vita Pa tet quia cum felicitas perfecta dicat perfectum et sufficī/ens bonum.omne malum excludit et omne desiderium implet.sed hoc nō ꝑt esse in hac vita. Nam presens vita multis malis subiacet q̄ vitari non pñt. vt ignorantie ex parte intellectus z inor dinatis affectibꝫ ex pte appetit⁹.z multiplicibꝫ penalitatibꝫ ex pte corpis. Similiter etiam de

siderium boni in hac vita saciari nō pōt. qz naturaliʒ hō desiderat pmanentiā boni quod hz. sed bona pūtis vite trāsitoria sunt. cū ꝛ ipsa vita trāseat quā naturaliʒ appetimus. ꝛ eā ꝑpetuo pmanere vellemus. ideo impossibile ē verā ꝛ perfectā beatitudinē in hac vita habere. Scōo ptz idem. qz talis felicitas consistit in visione divine essentie q̄ nō potest homini puenire in hac vita Ad pmam rōez dubij dr q̄ in hac vita aliqui dicunt beati vel ꝑpter spēm beatitudinis adipiscēde in futura vita. vel ꝑpter aliqualē pticipatiōem. vel sm aliqualem summi boni fruitiōem

Ad secundā dr q̄ participatio summi boni pōt esse p fecta dupliʒ. Uno mō ex pte ipsius obiecti beatitudinis. qđ sm suam essentiā non videtur. ꝛ talis imfectio tollit rationem perfecte beatitudinis. Alio mō ex pte pticipantis. ꝛ talis imperfectio nō tollit perfectā ratiōem perfecte beatitudinis. quia cū felicitas sit operatio quedā vera ratio beatitudinis considerat ex obiecto quod dat spēm actui ꝛ nō ex subiecto Ad terciam dr q̄ homines reputant in hac vita esse aliqualem beatitudinem ꝓpter similitudinez pfecte beatitudinis. ꝛ sic nō ex toto in sua estimatione deficiunt

Secundum dubiū. vtz hō per sua naturalia possit vere ram beatitudinem cōsequi. Uideť q̄ sic. quia natura nō deficit in necessarijs. sed nihil est homini tam necesse sicut felicitas. igitur. Item hō est sufficientioz irrationalibus. sed alia ab homine per suam naturam possunt consequi suos fines. ergo multomagis homo per sua naturalia suum finem qui est felicitas potest consequi Item felicitas perfecta sm pōm est operatio. sed cuiusdem est inicipere rem ꝛ eam perficere. Cum ergo operatio imperfecta que est quasi principium in operibus humanis subdatur naturali potestati hoīs qua suoz actuū dominus est. videtur q̄ per naturalem potentiaz possit pertingere ad operationem perfectam. que est felicitas. Respondeť q̄ licet felicitas imperfecta que in hac vita haberi potest ab homine per sua naturalia acquiritur eo modo quo ꝯtus in operatione consistit. Tamen perfecta beatitudo hominis (que in visione divina consistit) nō potest ab homine per naturalia adipisci. Patz quia videre deum est supra naturam hominis vt etiam alterius creature. ideo nec homo nec alia creatura potest cōsequi beatitudinem vltimam per sua naturalia Ad primam rationem dicitur. q̄ sicut natura non deficit homini in necessarijs q̄uis non dederit sibi arma ꝛ tegumenta sicut alijs animalibꝫ tamen dedit sibi rationem ꝛ manus quibus potest hoc sibi acquirere. ita non deficit homini in necessarijs. q̄uis non dederit sibi aliquod principium per quod possit beatitudinem perfectam adipisci. quia hoc erat impossibile. sed dedit ei liberum arbitrium quo potest conuerti ad deum qui eum facere pt beatum. que enim per amicos possumus per nos aliqualiter possumus. vt ptz tercio huius

Ad secūdam dicit. q̄ nobiliozis conditionis est natura potens consequi perfectum bonum cum auxilio illa q̄ ꝯsequit bonū quoddā imperfectū sine exteriori auxilio. sicut dicitur secundo celi. sicut melius dispositus ad sanitatem potens consequi perfectam sanitatem exteriori auxilio medici. q̄ qui solum potest consequi sm se imperfectam. sic creatura que potest consequi perfectum beatitudinis bonum indigens ad hoc auxilio diuino est pfectioz irrationali qđ hmōi non est capax. sed q̄ddam imperfectuz ꝯsequit rōne ꝛ virtute sue nature Ad terciam dicitur q̄ q̄ pfcm ꝛ imperfcm sūt eiusdē spēi ab eadez virtute cāti

pūt. nō aūt hoc est necesse si sint diuersaꝝ spēꝝ. nō em̄ q̄ quid pt causare vltimā dispōnem materie pt vltimā perfectionem conferre. Imperfecta autē operatio que subiacet naturali potestati hominis non est eiusdē spēi cum operatione illa pfecta que est hominis beatitudo operatiōis spēs ex obiecto dependeat.

Ad rōnes Aū oppositū q̄stionis Ad pmā dr q̄ aliter rōnalis natura excedit sensitiua ꝛ aliter intellectualis rōnalem. Naz rationalis excedit sensitiuam quantū ad obiectū cognitionis. qz sensus non cognoscit vle. cuius ratio est cognitia sed intellectualis excedit rōnalem q̄tum ad modū cognoscendi eandem intelligibilē veritatē. nam intellectualis natura statim intelligit veritatem ad quā rationalis natura p inquisitionem rōnis attingit. Ex tō ad id qđ intellectus statim apprehendit ratio per quendam motum attingit. ideo rationalis natura perfectionem ꝛ beatitudinem consequi pt que est pfectio intellectualis natura. tm̄ alio modo q̄ natura intellectualis. nam intellectualis statim consequuta est eam post principiū sue cognitionis. homines per tempus ad ipsam ꝓueniunt. sed sensibilia ad hanc nullo peruenire possunt Ad scām dr q̄ homini sm statum pūtis vite est cōnaturalis modus cognoscendi veritatem intellectualem p fantasmata. sed post huius vite statum habebit alium statum supernaturalem Ad terciam dicitur. q̄ homo non potest transcendere substantias separatas gradu nature. vt scz sit eis natura superioz. tamē potest eas trāscēdere per operationē intellectus duz intelligit aliquid esse supra eas quod homines beatificat quod cū perfecte consequitur btūs erit.

Trum igitur sit ꝛ de his ꝛ de virtutibus adhuc autem de amicicia ꝛ delectatione sufficienter dictum est in typis finem habere existimandum electionem vel quemadmodum dicitur non est in operabilibꝫ finis speculari singula ꝛ cognoscere. sed magis operari ipa. Nihil igitur de virtute sufficiens scire sed habere et vti temptandū vel si aliqualiter aliter boni efficiamur. Siquidem igitur essent sermones p se sufficientes ad facere studiosos multas vtiq; mercedes ꝛ magnas iuste ferrent sm theagium ꝛ oportet vtiq; bastribuere. Nunc autem videntur prouocare ꝯdem ꝛ mouere iuuenum liberales posse sm omnes ꝛ morem mobilem ꝛ vt vere amantē bonum facere vtiq; facal2oabymū ex virtute. mlt̄os aūt nō posse ad bonitatē ꝓuocare. non em̄ nati sunt verecūdie obedire sed timori neq; re

cedere a prauis ꝓpter turpe. sꝫ propter penas passione em̄ viuentes proprias delectationes ꝑsequũtur per q̄s ipse erũt fugiũt aũt opposi/tas tristicias boni autez ⁊ vt vere delectabilis neqꝫ ĩtellectũ hn̄t. neqꝫ gustatiui exn̄tes. tales aũt quis vtiqꝫ sermo transformaret. non enim possibile vel nõ facile que ex antiquo ꝯsuetudinibus cõprehensa sermone transmutare Amabile aũt forte est si oĩbus exn̄tibus ꝑ que epyeikes videmur fieri accipiam⁹ virtutem. fieri aũt bonos existimant. hij q̄dem natura. hij aũt cõsuetudine. hij aũt doctrina. Quod q̄dez igitur nature manifestũ. ꝙ non in nobis existit. sed ꝑ aliquam diuinam causaz vt vere bn̄ fortunatis existit. sermo aũt ⁊ doctrina nequando non in omnibus potest. sed opus est p̄paratã esse consuetudinib⁹ auditoris animã nõ bene gaudere ⁊ odire quẽadmoduz terrã nutrientẽ semen. nõ em̄ vtiqꝫ audiet sermonẽ ꝯmouentem neqꝫ in/telligit. qui ꝑm passionem viuit. sic aũt hn̄tem q̄liter possibile persuaderi totaliter aũt nõ videtur sermoni cedere passio. sꝫ violẽtie. oportz itaqꝫ morem p̄existere aliq̄liter propriuz virtutis diligẽtem bonum ⁊ aspernãtem turpe. Ex iuuene aũt ductõe recta sortiri ad virtutẽ diffici/le Non aũt a talibus nutritũ legibus tꝑate em̄ viuere ⁊ perseueranter nõ delectabile multis aliterqꝫ iuuenibus. Propter quod oportet le/gibus ordinatam esse nutritionem ⁊ adinuen/tões. nõ em̄ erunt tristicia consueta facta. Nõ sufficiens aũt forte iuuenes existẽtes nutritiõe ⁊ cura sortiri recta. sed quia ⁊ virum factũ oportet adinuenire ipsa ⁊ assuefieri ⁊ circa hoc indigebimus. ⁊ totaliter vtiqꝫ circa omnem vitam Multi em̄ necessitati magis q̄ꝫ sermoni obe/diunt. ⁊ iacture q̄ꝫ bono.

Querit decimoquinto.

Vtrum legis sit homines facere bonos Arguitur p̄mo ꝙ non. quia homines sunt boni per virtutem. Sed ꝑtus inest homini a solo deo qui in nobis sine nobis vir/tutem facit. igitur. Secundo. lex non prodest homini nisi ei obediat sed homo obedit ei ex bonitate. ergo bonitas requiritur ad legem. Tercio. lex ordinatur ad bonum commune. sed quidam bene se habent ad bonũ commune qui tamen in proprijs non bene se habent.

Confirmatur. quia quedaz leges sunt tyrannice. vt dicitur in politicis. sed tyrannus non tendit ad beatitudinem subditorum. sed solum ad vtilitatem. igitur

In oppositum est ph̄us qui postq̄ꝫ determinauit de premio virtutis considerato in ipso homine que est delectatio vel felicitas. Consequenter determinat de alio fine qui accipitur ꝑ comꝑationem ad commune bonũ ostendens ꝙ preter dictam doctrinam moralium necesse est esse aliam legis positiuam que intendit ad bonum. Et primo ostendit necessariam esse legis positionem. Secũdo necessarium esse aliquem legis positiuũ. Et cuz hoc quomodo p̄t fieri legispositiuus Primo inquirit ph̄us vtrum sufficiat sicut dictũ est de ꝑtinentibus ad felicitatem typice ⁊ figuraliter scꝫ de virtutibus. de amicicia et delectatione. vel existimandũ sit ꝙ electio nostra habeat finem determinatum ⁊ completum. vel adhuc sit aliq̄d suꝑaddendum. Et intelligit de electione qua eligim⁹ tractare de bono humano Ad quam questionem respõdet ꝙ adhuc aliquid aliud requiritur primo ostẽdens ꝙ requiritur aliquem fieri bonum. ⁊ secũdo ꝙ ad hoc ꝙ aliquis sit bonus requiritur bona cõsuetudo. Et tercio ꝙ ad hanc consuetudinem habendam requiritur legispositio Sciendum. ꝙ finis scientie existentis circa operabilia non est cognoscere ⁊ speculari singula sicut in scientijs speculatiuis. sed magis ea facere. Et quia ꝑm virtutem sumus boni ⁊ oꝑatores bonorum non sufficit ad scientiam que intendit ad bonum humanum ꝙ aliquis cognoscat virtutem. sed tẽptandum est ꝙ habeat eã ꝑm actum vtendo ea. vel si aliquis estimet ꝙ ꝑ aliuz moduz homo possit fieri bonus q̄ꝫ ꝑ virtutem temptandũ est illum habere Ubi ponitur

Conclusio prima

Ad hoc ꝙ aliquis sit bonus non sufficit solũ sermo persuasiuus. sed etiam requiritur bona consuetudo Primã partem probat textus. quia si sermones ꝑsuasiui ꝑ se sufficerent ad faciendum homines studiosos multe ⁊ magne mercedes debentur alicui ꝑm artem ad persuadendũ ad bonum. ⁊ esset necesse ꝙ magne mercedes retribuerentur ꝑsuasoribus. hoc autem non videtur verũ ꝙ sermones persuasiui possunt prouocare iuuenes ad bonuz qui non sunt subiecti vicijs ⁊ passionibus habentes nobiles mores inquantum sunt apti ad operationes virtutis. Et qui vere amant bonum possunt fieri repleti virtute et honore. Tales enim bene dispositi ad virtutem ex bonis persuasionibus prouocantur ad perfectionem virtutis Item probat textus. quia multi homines non possunt per sermones prouocari ad bonitatem. quia non obediunt verecundie qui non timent turpitudinẽ. sed magis coercentur timore penaruz. quia nõ recedunt a prauis operibus propter prauam eorum turpitudinem. sed propter penas quas timent. quia eniz viuunt ꝑm passiones et non scd̄m rationes proprias passionum delectationes prosequuntur per quas passiones

